EDWARD'S
PROLEGOM

EDIT. OF
BIBLES &
TYRWHITT

Bibliography.
List of English Bibles
from 1526 to 1776 – 1778
with prayers of [illegible]
& other Tracts
very scarce 21/

CALGARTH PARK.

PROLEGOMENA

IN LIBROS

VETERIS TESTAMENTI

POETICOS.

PROLEGOMENA
IN LIBROS
VETERIS TESTAMENTI
POETICOS;

SIVE

DISSERTATIO,

In qua, Viri eruditiſſimi FRANCISCI HARII, nuper Epiſcopi Ciceſtrienſis, de antiqua Hebræorum Poeſi Hypotheſin ratione et veritate niti, fuſe oſtenditur, atque ad Objecta quædam reſpondetur,

A

THOMA EDWARDS, A.M.

AUL. CLAR. CANTAB. nuper SOCIO.

SUBJICITUR

METRICÆ LOWTHIANÆ Confutatio,

CUM INDICIBUS NECESSARIIS.

——— Ipſa *Hebr. Poeſews* ſimplicitas *partim in cauſa fuit, quod ejus inveſtigatio quærentibus non felicius ceſſerit.*—

HAR. Prolegom. in Pſalm.

CANTABRIGIÆ,

TYPIS ACADEMICIS EXCUDEBAT J. BENTHAM.

Proſtant apud GUL. THURLBOURN & J. WOODYER Cantab. J. FLETCHER Oxon. et A. MILLAR Londin.

M.DCC.LXII.

Reverendo Doctiſſimoque Viro,

EDMUNDO LAW,

S. T. P.

COLL. D. PETRI CANTAB.

PRÆFECTO.

CUM jam in eo eſſem, ut hoc opus ad umbilicum perducerem, cujus potiſſimum patrocinio honeſtatum atque munitum in lucem emitteretur, tum demum deliberandum cenſui. Cogitanti vero mihi, atque hoc mecum reputanti, cui libentius illud dicarem quam Tibi,

Vir præſtantiſſime, occurrebat nemo. Cum enim, pro ſingulari tuo in ſacras literas ſtudio, quicquid hiſce promovendis vel hilum conferat, lociſque ſacrorum codicum obſcuris et depravatis explicandis atque emendandis vel minimum inſerviat, Tibi ſit gratiſſimum, hac quidem de cauſa, ſubjuncta Prolegomena Tuo nomini omnino conſecranda duxi. Etenim non unum atque alterum tantum, ſed quamplurima cum in Pſalmis, tum in aliis Veteris Teſtamenti libris poeticis loca, quæ eruditiſſimis quibuſque interpretibus crucem fixerant, Metricæ Harianæ ope, integritati ſuæ reſtituta, atque in clara luce collocata eſſe, manifeſtius eſt quam ut negari queat.

Aliis vero rationibus, ne quid diſſimulem, præcipue adductus fui, ut ad Tu-

am

am clientelam fidemque me reciperem: Ut, nimirum, obſcuræ meæ lucubratiunculæ nominis Tui celebritate illuſtratæ, auctoritate ſuffultæ, in publicum prodirent; utque Illum patronum haberent, qui quæ, pro egregia Sua eruditione, laudare non poſſet, pro ſumma Sua humanitate, eſſet condonaturus.

Quod autem, Vir eruditiſſime, a pleriſque fieri ſolet, qui curas ſuas præclaris nominibus inſcribunt, id mihi faciendum non exiſtimo. Nam ne dicam, fieri non poſſe, ut meo præconio ad famam Tuam vel tantillum accedere queat,—tum autem, ſi revera dignus eſſem, qui in laudes Tuas, quo ferret animus, evagarer, modeſtiæ Tuæ me nimium quantum haud dubie diſpliciturum,—Quorſum eximia Tua et ingenii, et doctrinæ ornamenta prædicare aggrederer, quæ,

cum cunctis dudum innotuerint, prædicatione non indigent; quæque in ſcriptis Tuis adeo elucent, ut doctiſſimos quoſque Tui præcones effecerint?—Quorſum inſignem Tuam morum probitatem ſuavitatemque, encomiis accumularem? Has enim in Te reperiri virtutes, norunt omnes; illas ſuis omnes proſequuntur præconiis, ſuis elogiis decorant augentque.

Etſi vero a Tuis laudibus celebrandis plures me rationes prohibent deterrentque, nil certe vetat quo minus hanc arripiam occaſionem Tibi aliiſque oſtendendi, quanti Te æſtimo; imprimis autem, gratum erga Te animum teſtatum faciendi, qui tanta benignitate has chartulas in tutelam ſuſcipere dignatus fueris.

Faxit

Faxit Deus Opt. Max. ut diutiſſime vivas ac valeas; hoc eſt, ut diutiſſime eccleſiæ Chriſtianæ, et reipublicæ literariæ utilitati atque ornamento ſis. Vale, Vir præſtantiſſime, meque in iis, qui judicium Tuum eruditionemque maximi faciunt, numerato.

Dabam Calend. Mart.
M. DCC. LXII.

PRÆFATIO.

NE ſermone æquo prolixiore tibi, Lector benevole, tædio ſim, quam potero pauciſſimis, quæ præfanda cenſeo, abſolvam.

Scias igitur velim, me libri Pſalmorum novam Anglicam verſionem haud ita pridem juris publici feciſſe. Huic annotationibus cum ad ſenſum, tum ad metrum ſpectantibus illuſtratæ Diſſertationem etiam præfixi, in qua metricæ Harianæ *rationem expoſui, et argumentationes quaſdam, ex omnibus, quæ contra eam afferri poſſunt, longe validiſſimas, refellere conatus ſum. Poſtea vero quam illud opus edidiſſem, tum demum reſcivi, Hiſtoriæ Univerſalis ſcriptores* Harii *hypotheſin ſub cenſuram revocaſſe, præcipuoſque ejus canones pluribus argumentis oppugnaſſe. Quæ hac ſuper re ſcripſerant, perlegi; et quanquam nihil erat, ut ſatis conſtabat, quod* Hario *timendum eſ-*

ſet,

ſet, ob rationes tamen infra in Prolegomenis adjunctis allatas, iis, quæ objecerant, mihi reponendum eſſe, exiſtimavi. Cum vero in hoc eſſem, animum ſubiit, me ſatis bellam habere occaſionem argumenta quædam, quæ in eruditiſſimi Lowthii *de ſacra Hebræorum poeſi Prælectionibus extant, ad examen revocandi. Licet enim eadem fere eſſent atque illa, quibus in Diſſertatione ſub initio memorata repoſueram, nihilo tamen minus particulatim diſcutienda cenſui. Quin et* Metricæ Harianæ brevem Confutationem, *quam vocat, ad calcem Prælectionum adjectam, expendere, et, quod in me eſſet,* confutare *viſum eſt.*

Verum non ſolum ad ea, quæ ab hiſce ſcriptoribus objecta fuerant, reſpondere, ſed etiam metricæ Harianæ rationem multo fuſius exponere, veritatemque ejus novis quibuſdam argumentis adſtruere, neceſſe habui. In quam rem, cum plures me rationes, ut hæc Prolegomena Latine

con-

conſcriberem, impulerent, Anglicam meam Diſſertationem diligenter recenſitam Latinitate donavi, ſimulque multa in ea paſſim refinxi et addidi; pluribus etiam locis, ea, quæ tradideram, novis exemplis adpoſitis, illuſtravi et firmavi.

Cæterum in quatuor Capita et brevem Perorationem ſequentia Prolegomena diſtribuere placuit. Quæ Lowthio, *Hiſtoriæque Univerſalis ſcriptoribus reponenda duxi, Capite quarto continentur.*

Quod ad ſtylum meum attinet, licet nitorem et elegantiam minime captaverim, (in hujuſmodi enim operibus, res potius quam verba quæri debent,) attamen ſordes et barbariem me ſtudioſe fugiſſe, profiteor.

Quibus de cauſis, opus, quod tibi in manus trado, benevole Lector, ſuſceperim, quidque in eo præſtiterim, audiviſti. Multa *ſane* dies, et multa litura *has chartas* coercuit: *Fieri tamen vix poteſt, quin in tanta rerum varietate interdum ſomnus ob-*

obrepſerit: Quod ſi me dormitantem, aut in levioribus errantem deprehenderis, ſi æquus es, mihi facile ignoſces, ſi eruditus, me benigne corriges. Vale, Lector, et conatibus noſtris fave.

Dabam Calend. Mart.
M.DCC.LXII.

Errata graviora ſic corrigantur :

IMPRIMIS autem ubicunque in numeris paginarum peccatur.

Pag. 4. lin. 1. lege *atque a doctiſſimis* p. 7. l. 18. 19. *perſentiret*; —l. 25. poſt *recentium* inſere *poeſi* p. 8. l. 18. tanto opere p. 13. l. 20. *pag.* 42. 43. p. 14. l. 11. *videatur*, p. 16. l. 19. *pag.* 172.—174. 85.—87.—l. 21. dele *brevem Confutat.* Nota † imæ pag. 16. ſubjecta, ut lector, cum ad eam ventum fuerit, ſtatim ſentiet, manca eſt: Nimirum quæ ſequuntur, a Typotheta neſcio quo pacto omiſſa ſunt:

Iamb. Dim. Catalect.

vezáryo jíraſ árez.

14.

Troch. Dim. Brachycat.

" *sód jahvóh liréav,*

Iamb. Dim. Catalect.

ubríto lébodíyam.

et in Pſalm. 33. period. 13. 14.

13.

Iamb. Dim. Catalect.

mimmécon ſibto híſgih

Troch. Dim. Acatal.

" *él col jóſebé haárez.*

14.

Iamb. Dim. Catalect.

haijózer jáhad líbbam;

Troch. Dim. Acatal.

" *hámmebín el cól mayſébem.*

Quamvis autem hoc rarius fieri fatendum ſit, inter præcipua tamen metricæ *Harianæ* fundamenta locum habet. p. 17. l. 1. *Trochaici*—l. 2. *Iambici plerumque diſcrepant.*—l. 10. *ſunt diſſyllabi.* p. 29. l. 7. 8. *diverſa* p. 30. l. 28. *pag.* 90. p. 36. l. 27. *pag.* 88.—95. p. 43. l. 12. *pag.* 19.—21. p. 47. l. ult. *Ibid. p.* 3. p. 50. l. 17. διποδιαν p. 54. l. 13. ante *menda* inſere *quod* —l. 14. *ſint* pro *eſſe* p. 59. l. 17. *pag.* 137.—169. —l. 37. *pag.* 140. 141. p. 60. l. 25. *pag.* 144. 145. p. 70. l. 14. *ut et* p. 74. l. 17. 18. *pag.* 155.—157. 179. 180. p. 85. l. 29. *pag.* 34.—36. p. 88. l. 29. *pag.* 31.—36.—l. 31. *pag.* 26. p. 89.

p. 89. l. 8. poſt *multis* inſere *errarint*, p. 93. notul. *a lectore*
A T
p. 95. l. 19. *pag.* 31.—36. 83.—87. p. 100. l. 23. nūtrītĭī
p. 101. l. 17. *pag.* 83. p. 109. l. 13. *ſtatueret*,—l. 27. *pag.* 8. p. 113. l. 21. *pag.* 75. p. 115. l. 8. *pag.* 77. p. 117. l. 18. *pag.* 26. 27.—l. 19. *pag.* 83.—85. p. 123. l. 5. *ut* p. 128. l. 24. —48. *v.* 1. p. 134. l. 20. *quantitate* — l. 29. *pag.* 100. 101. p. 135. l. ult. *pag.* 52.—66. p. 137. l. 6. 7. *pag.* 51. 52. p. 141. l. 12. *pag.* 54. 59. 60. p. 149. l. 7. *pag.* 175. 176. p. 154. l. ult. *inſederunt*, p. 156. l. 6. *pag.* 74. *Not.* 157. 179. 180. p. 157. l. 26. 27. *pag.* 179. 180. p. 159. l. 27. *pag.* 161. p. 160. l. 1. 2. *pag.* 52.—60. 137.—144. p. 168. l. 2. *pag.* 77. 78. p. 172. l. 20. *imprimiſque* p. 180. l. 24. 25. *pag.* 156. 157. p. 186. l. 8. *rhythmicis*, p. 187. l. ult. *pag.* 51. 137. p. 193. l. 10. *locus* p. 194. l. 17. *ellipſin* p. 207. l. 19. *ſi quid* p. 208. l. 22. *v.* 535. p. 210. l. 16. *pag.* 169.—l. 21. *pag.* 203. 204. p. 213. l. 16. *viro* p. 214. l. 6. *conatus*—l. 21. 22. *locis*—*parallelis*—*collatis* p. 216. l. 10. 11. *innumeris fere locis* p. 223. l. 9. *pag.* 29. 30. p. 226. l. 15. *pag.* 173. 174.

Cætera ſi quæ ſint majoris aut levioris momenti errata, eruditus Lector nullo negotio per ſe corriget; quemadmodum et quæ hic notavimus, maximam partem, cuivis per ſe emendare facillimum fuiſſet.

PROLEGOMENA
IN
Libros VETERIS TESTAMENTI Poeticos;
SIVE
DISSERTATIO, &c.

CAPUT I.

De Hypotheſibus Franciſci Gomari, Marci Meibomii, *et* Johannis Clerici *agitur: Ineptas eſſe atque abſurdas, brevi demonſtratur.*

LIBROS veteris teſtamenti poeticos, quos vocant, oratione metro quodam et numeris aſtricta a ſacris auctoribus primum ſcriptos fuiſſe, cum multi doctiſſimi viri ſibi perſuaſiſſimum haberent, multas variaſque inierunt vias, quibus metri genus, quod ſacroſancti vates adhibuerint, certo deprehenderent. Sed quia nec hoſce libros poeticos, nec linguæ Hebraicæ indolem atque naturam probe expenderant, neque etiam ſatis ſecum reputarant, artem poeticam, ad inſtar aliarum omnium, initio rudem eſſe atque ſimplicem, eo omnes, præter viros eruditiſſimos, *Franciſcum Harium* et *Athanaſium Kircherum*, in graviſſimos errores ineptiſſimaque deliramenta delapſi ſunt, et in iis, quæ de hac re

ſcripſerunt, nihil fere aliud quam conjecturas futiliſſimas in medium adduxerunt; ipſorumque Pythagoreorum præjudicia, hac in parte, ſuperarunt, quod ea vera eſſe *ſua ſola fide* aſſeverare non dubitarint, * quæ firma et ſtabili argumentandi ratione probata eſſe oportuit.

Hæc autem *ne locutus ſine mercede exiſtimer*,

Primo, ſciat lector, virum doctiſſimum *Franciſcum Gomarum* ſibi viſum fuiſſe omnia verſuum genera in Hebraica poeſi inveniſſe, quæ in Sophocle, Pindaro, aliiſque Lyricis poetis occurrunt. Qui vero linguam Hebraicam labris primoribus vel tantulum deguſtaverint, norunt omnes, indolem ejus longe aliam eſſe ac Græcæ, vel Latinæ, menſuraſque, quibus Poetæ modo memorati utuntur, ab illa plane eſſe alienas; quippe quæ ita comparata ſit, ut non niſi metrum ſimpliciſſimum ferre poſſit. *

Hæc

* *Nec vero probare ſoleo id, quod de Pythagoreis accepimus: quos ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cum ex iis quæreretur, quare ita eſſet; reſpondere ſolitos,* ipſe dixit: *ipſe autem erat Pythagoras.* Cic. de Nat. Lib. I. § 5. Vid. ſis *Daviſ.* annot. ad loc.

* *Quod ſi*, ut lectores ſuos bene monet *Harius*, *erraverit Gomarus de poeſi hac tam magnifice ſentiens, non ſolus aut primus hoc erravit. Gomaro præluſiſſe videtur Hieronymus, cujus nota ſunt illa in præfat. ad Chron. Euſebii*, “ Quid Pſalterio canorius, quod in “ morem

Hæc autem *Gomari* hypotheſis, quamvis, uti jam innuimus, revera eſſet commentitia prorſus et abſurda, tum autem linguæ Hebraicæ naturæ atque ingenio mirum quantum adverſa et contraria, primo tamen magno plauſu

" morem noſtri Flacci, et Græci Pindari, nunc Iam-
" bo currit, nunc Alcaico perſonat, nunc Sapphico
" tumet? —

" Quid Deuteronomii et Iſaiæ cantico pulchrius?
" Quid Salomone gravius? Quid perfectius Job? Quæ
" omnia Hexametris et Pentametris verſibus, ut Joſe-
" phus et Origenes ſcribunt, apud ſuos compoſita oc-
" currunt." *Et in Epiſtola ad Paulinum*, " David
" Simonides noſter, Pindarus et Alcæus, Flaccus quo-
" que Catullus et Serenus, Chriſtum lyra perſonat."
" *et præfat. in Jobum*, " Quod ſi cui videtur incre-
" dulum, metro ſcilicet apud Ebræos, et in morem
" noſtri Flacci, Græcique Pindari et Alcæi et Sap-
" phus, vel Pſalterium, vel Lamentationes Jeremiæ,
" vel omnia ferme Scripturarum cantica comprehen-
" di, legat Philonem, Joſephum, Origenem, Cæſari-
" enſem Euſebium, et eorum teſtimoniis me verum
" dicere comprobabit." *Hæc vero Hieronymum non de ſuo dicere ex ipſiuſmet verbis manifeſtum, quibus Joſephum, Origenem, Euſebium teſtes appellat. Re vera Euſebium in his exſcribit*; — *Euſebius vero Joſephum:* Vid. Prolegom. in Pſalm. p. 34. 35.

Joſephus, ut omnibus probe notum eſt, de cantico *Moſis* verba faciens, Antiq. Lib. 2. Cap. ult. § 4. (Edit. *Hudſon.*) hæc habet: και Μωυσης ωδην εις τον Θεον, εγκωμιον τε και της ευμενειας ευχαριστιαν περιεχουσαν εν ΕΞΑΜΕΤΡΩ τονω συντιθησιν. Et Lib. 4. Cap. ult. §. 44. de cantico Deut. 32. επειτα ποιησιν ΕΞΑΜΕΤΡΟΝ αυτοις ανεγνω· ην καταλελοιπεν εν τω βιβλιω τω ιερω,

προρρησιν

plauſu a multis accepta eſt, doctiſſimiſque viris, *Buxtorfio*, *Heinſio*, *Ludovico de Dieu*, *Hottingero*, aliiſque magnopere comprobata. Tandem vero eruditiſſimus *Capellus* illam diligentius expenſam, canones a Gomaro traditos de ſyllabarum quantitate longe abſurdiſſimos eſſe clariſſime oſtenſo, funditus evertit. Porro autem, cum Veteris Teſtamenti libri hiſtorici, et univerſa ſoluta oratione ſcripta, juxta hanc hypotheſin, verſus eſſent, hoc quoque nomine, novam hanc *Gomari* metricam falſam, et plane nihili eſſe, merito collegit vir doctiſſimus: In quam quidem ſententiam tota deinceps literatorum cohors, ne illis quidem exceptis, qui nuper de illa metrica tam magnifice ſentiebant, conceſſiſſe videtur. Huic vero futili adeo atque ineptæ ne diutius immoremur, pergam ad hypotheſin *Marci Meibomii*; proximi, nimirum, poſt *Gomarum*, qui Hebraicam metricam ſe reperiſſe credidit.

Marcus Meibomius procul dubio erat multæ vir eruditionis, nomenque haud incelebre in re-

προρρησιν εχουσαν των εσομενων, καθ' ην γεγονε παντα και γινεται, μηδεν εκεινου διημαρτηκοτος της αληθειας. Et de *Davidis* hymnis, Lib. 7. Cap. 12. § 3. Απηλλαγμενος δ' ηδη πολεμων ο Δαυιδης, και κινδυνων, και βαθειας απολαυων το λοιπον ειρηνης, ωδας εις τον Θεον και υμνους συνεταξατο, μετρου ποικιλου. τους μεν γαρ ΤΡΙΜΕΤΡΟΥΣ, τους δε ΠΕΝΤΑΜΕΤΡΟΥΣ εποιησεν.

republica literaria conſecutus erat. Sed, ut bene monet *Harius*, mirum quantum φιλοδοξος et φιλαργυρος, *et gloriæ et lucri avidiſſimus*. Hebraicam metricam ſibi ſoli a duobus minimum annorum millibus innotuiſſe, inſane gloriatus eſt: ideoque eam ſibi celatam ſervare decrevit, donec arcanum illud gravi ære ab ipſo redimeretur. At, proh dolor! nihilo minus hoc erravit vir doctiſſimus, ſperans fore, ut ingentem pecuniam ex invento ſuo conficeret, quam inventum ipſum omni ex parte veritati eſſe apprime conſentaneum, perſuaſiſſimum habens. Hoc enim, quod illi maxime in votis erat, adeo non evenit, ut omnes contra ſpecimina, quæ dedit, exſibilarint: nec quidem injuria; cum, ut recte ab *Hario* obſervatum eſt, omnem omnium, qui unquam fuerint, criticorum temeritatem atque audaciam longe ſuperarit. Merito igitur tum lectoris eruditi, tum meo ipſius otio abuti exiſtimarer, ſi hæc latius perſequerer; aut hypotheſεωs tam abſurdæ et ineptæ rationem et fundamenta fuſe exponerem. Satis habeo, ad ſpecimen Metricæ Meibomianæ a doctiſſimo *Hario* ad Pſalmorum calcem exhibitum lectorem amandare: ex quo cuivis, primo intuitu, patebit, quam fœda licentia *Meibomius* omnia turbarit, interpolarit, et corruperit; atque

adeo quam longe abfuerit, ut veram et genuinam poeſeos Hebraicæ indolem inveſtigatam dederit.

Proximus, necnon poſtremus, qui paulo notior in hanc arenam deſcendit, fuit eruditiſſimus ille, et, ſi quis alius, in omni literarum genere præſtantiſſimus, *Johannes Clericus*. Illos autem, qui vel ſummum eruditionis et ſapientiæ culmen attigerint, nonnunquam, ut ſunt res mortalium, in errores graviſſimos fœdiſſimoſque incidere, ſciunt omnes. Non igitur adeo mirandum, nedum laudibus viri ſummi obtrectare fas erit, ſi in ſcriptis celeberrimis illum nunc dormitantem, nunc tota via errantem deprehenderimus. Quocirca mihi ſane minimè admirationi eſt, illum Diſſertatione Critica de poeſi Hebraica (quam Gallice ſcriptam edidit anno Domini 1688. quæque ab amico quodam Latina facta ad commentariorum ejus in Prophetas finem adjecta eſt,) hoc ſummis viribus contendiſſe, "Poeſin Hebraicam non niſi in verſibus "ὁμοιοτελεύτοις conſiſtere, indolemque linguæ "Hebraicæ aliud verſuum genus reſpuere." Id potius demirandum eſſe cenſuerim, Epiſcopum noſtrum Ciceſtrienſem admirationem inceſſiſſe, quod vir tantus hypotheſin uſque adeo abſurdam excogitaverit, et per tantum anno-

annorum intervallum tam perdite amaverit, ut nunquam ſibi eripi paſſus ſit. ——— His autem, quæ obiter, et quaſi ex abundanti lectorem monui, miſſis, ad rem ipſam illico deveniam. Illud ponit vir eruditiſſimus, (quod ex præmiſſis ſuo quaſi jure colligere ſibi viſus eſt,) " Poeſin Hebraicam non niſi in verſibus " ομοιοτελευτοις conſiſtere, indolemque linguæ " Hebraicæ aliud verſuum genus reſpuere." Hoc autem omnino falſum eſſe et commentitium, ex eo niſi me animus vehementer fallit, liquidiſſime conſtabit, quod cuivis libros poeticos legenti ſtatim innoteſcere neceſſe eſt. Finge enim quodlibet ex Poematibus noſtris Anglicanis verſibus ſimiliter deſinentibus conſtantibus, continua ſerie ad inſtar ſolutæ orationis ſcribi: Nemo eſt, ita me Dii ament, quin ex ipſa lectione ſtatim fraudem perſenſerit; nemo, cui non extemplo pateret, et promptum eſſet, poema eſſe, et quidem verſibus ſimiliter deſinentibus conſcriptum.

Verum ad hæc ſine dubio ita reſpondiſſet * vir clariſſimus: " Poeſis Hebraica, Græcæ, Latinæ, Gallicæ, Anglicæ, cæterarumque omnium linguarum recentium omnino eſt diſſimilis; quippe cujus verſus valde ſint irregulares, alii longiſſimi, alii contra breviſſimi. Hic plu-

* Vid. Diſſertat. Crit. de Poeſ. Hebr. p. 628. VI. § 2.

pluribus, ille, idemque forſitan verſus proximus, duabus tantum ſyllabis conſtiterit. Facile igitur fieri poteſt, ut libros poeticos, prout in Codd. vulgatt. ſerie perpetua deſcripti exſtant, iterum iterumque evolvas, neque tamen verſuum ομοιοτελευτων ſonos ſimiles vel tantillum animadvertas."

Quod ſi ſic liceret libros poeticos in ſuos verſus αναλυειν, nihil non erit verſus: et juxta hanc hypotheſin æque ac *Meibomianam*, eadem oratio et ligata et ſoluta erit; libri hiſtorici veteris teſtamenti, omnia denique *invenientur carmine ſcripta*. Quod ut luce meridiana clarius evadat, ad metricæ hujus ſpecimen cæteris artis *Gomarianæ* et *Meibomianæ* ſpeciminibus ab Hario adjectum lectorem remittam: ex quo luculenter patebit, ομοιοτελευτα, quæ tantopere quæſivit vir celeberrimus, (ne dicam nonnullos verſus adeo non ſibi invicem aſſonare, ut nemo, per ſe, vel leviſſimam cadentiæ, ſi ita loqui fas ſit, ſimilitudinem in ultimis ſyllabis obſervaret,) nuſquam eſſe; ipſum auctorem ea penitus ignoraſſe; *Clericum* de ſuo feciſſe. Non temere igitur Epiſcopus noſter: "Hoc unum ſpecimen viri doctiſſimi "hypotheſi refellendæ abunde, ni fallor, ſuf-"ficit, nec cuiquam arbitror placere poſſe "ομοιοτελευτα tam dura, tam invenuſta, modiſ-

"que

" que tam violentis excogitata, quibus nunc " verba immutantur, nunc tranſponuntur, " ſententiæque ipſæ perpetuo fere miſere di- " velluntur." *

Hæc vero de tribus hiſce hypotheſibus non eo diſſerui, quo eruditiſſimorum auctorum laudibus, vel minima quidem ex parte, obtrectatum velim; ſed ut paucis exemplis id comprobatum darem, quod initio hujus Diſſertationis obſervatum eſt; " neminem ſcil. illorum, præter *Kircherum* et *Harium*, qui in poeſeos Hebraicæ regulis inveſtigandis occupati fuerunt, eaſque revera reperiſſe ſibi perſuaſiſſimum habuerunt, neque ſacri Codicis libros poeticos, neque linguæ Hebraicæ rationem atque indolem ſatis expendiſſe." Quod haud ſcio an fidentius et inconſultius locutus exiſtimarer, ni allatis exemplis verum eſſe demonſtraſſem.

Et

* Breve illud ſed validiſſimum quidem argumentum a *Lowthio* noſtro allatum huic hypotheſi funditus evertendæ abunde etiam, niſi fallor, ſufficit: " Cum " in Carminibus Alphabeticis nonnullis certo definiuntur verſuum clauſulæ, cumque in iis plane appa- " ret verſuum clauſulas non eſſe ſimiliter deſinentes, nul- " lam adhibitam fuiſſe circa ομοιοτελευτα curam aut cogi- " tationem, clare id vincitur, Hebraici Carminis arti- " ficium in ομοιοτελευτοις poſitum non eſſe." Vid. ſis Met. *Har.* Confutat. ubi vergit ad finem. Vid. etiam *Har.* Prolegom. p. 3. 10.

Et hæc quidem de metricis *Gomari*, *Meibomii* et *Clerici*, dicta ſunto. Jam tempus eſt, ut ad *Harii* hypotheſin pergam: quam quidem veram eſſe, ipſa linguæ Hebraicæ indole, et certis principiis niti, multa argumenta et gravia, mea quidem ſententia, invicte probant. De hoc vero recte an ſecus ſenſerim, penes lectorem ſit judicium: cui, ex iis, quæ in hac Diſſertatione et Prolegom. *Har.* in Pſalm. in utramque partem diſſeruntur, Epiſcopum germanam veterum Hebræorum poeſin feliciter inſtauraſſe, facile, uti ſpero, liquebit, ſi modo in hoc literarum genere diligenter verſatus fuerit, atque æquo animo nullis præjudicatis opinionibus emancipato judicium tulerit.

CAPUT II.

Metricæ Harianæ *ratio exponitur.*

QUO vera poeſeos Hebraicæ natura fauſto omine inveſtigaretur, neceſſarium eſſe, ut verſiculorum initia et fines aliqua certo dignoſcerentur, haud temere exiſtimavit Epiſcopus eruditus: quod ut melius et facilius fieret, Pſalmum alphabeticum 111^{mum} ad examen revocavit, primamque operam in illo expendendo poſuit: nam, ut egregie a viro doctiſſimo obſervatum eſt, "Cum Pſal-"mus ſit alphabeticus, et ſinguli ejus verſi-"culi a literis ſecundum Alphabeti Hebraici "ordinem incipiant, eorum initia et fines "certo dignoſcuntur, nec errare poſſumus, "ſingulorum limites intra brevius ſpatium "contrahendo, vel ultra debitum terminum "producendo."*

Singulorum verſiculorum initiis et terminis hac ratione certo cognitis, poſtea reperit, hoſce verſiculos vel Trochaicos eſſe, vel Iambicos; hoc eſt, vel pari, vel impari ſyllabarum numero conſtare. Verſiculos, qui pari ſyllabarum numero conſtant, eo Trochaicos appellat,

* Vid. Prolegom. in Pſalm. p. 3.

lat, quod, ut recte cadat verſus, accentus in prima, tertia, quinta, *&c.* ſyllaba ponendus eſt; ut in prima hujus Pſalmi periodo,

Troch. Dim. Acatal.

" *ódeh jáhvoh bécol lébab,*
" *bésod jéſarím veyédah.* *

Verſiculiſque, qui impari ſyllabarum numero conſtant, Iambicorum nomen impoſuit, propterea quod, ut rythmus ſervetur, ſecunda, quarta, ſexta, *&c.* acuenda eſt, ut lector facile ſentiet ex accentibus hic appoſitis: Exemplo ſit periodus quinta ejuſdem Pſalmi:

Iamb. Dim. Catalect.

terép natán liréav;
jizcór leyólam brito. †

Ex

* Quoties hujus generis verſus adhiberentur, hanc notam " primæ literæ apponendam eſſe cenſuit *Harius*, " ut lector hoc genus ab altero ſtatim dignoſceret."

† Optimo ſane jure duobus hiſce verſiculorum generibus *Trochaicorum* et *Iambicorum* nomen indidit vir doctiſſimus; ſiquidem, prout alibi recte obſervat, *acutus ille tenor ſyllabam, quam acuit, præ cæteris intendat, et intendendo* veræ ejus quantitati aliquam novam addat; *cum intentione illa* major aliquantum mora *in acuta pronuntianda* inſumatur. Vid. Diſſertat. de Met. Com. egregiæ ſuæ *Terentii* Editioni præmiſſam. pag. 56.

Syllabæ igitur quæ in contractioribus hiſce verſiculis acuuntur, ut et productioribus illis, qui in Threnis Jeremiæ, aliiſque locis occurrunt, pro longis quodammodo ſunt habendæ; cum acutus tenor idem ferme hic

Ex hoc Pſalmo illud quoque liquido conſtabat, nempe, Ejuſdem periodi verſiculos ſyllabarum numero non ſemper convenire: Quamvis enim tertiæ periodi verſiculi utrique ſint Iambici, ſyllabarum tamen numero diſcrepant: *

Iamb. Dim. Catalect.

hod véhadár poyálo;

Iamb. Dim. Hypercatal.

vezídkató yomédet láyad.

Quod

hic ſit, quod vocalis natura longa, dipthongus, poſitio, *&c.* apud Græcos Latinoſque; quæ nimirum efficiunt, ut ſyllabam, inter pronuntiandum, producamus; certe, producere debemus: contra, quæ nullis accentibus intenduntur, brevibus merito accenſeri poſſunt. Hinc proinde patet, Trochaicos Hebraicos illis apud Græcos, qui ſolis Trochæis continentur, Iambicoſque itidem apud Hebræos Iambicis Græcorum, qui ſolis Iambis cum ſemipede, ſive, ſyllaba longa conſtant, ad amuſſim reſpondere. Vid. pag. 73. hujus Diſſertat. et annot. imæ pag. ſubjectam.

Doctiſſimus *Bentleius* de accentibus acutis, per quos ictus, ſive αρσεις in Terentii verſibus expreſſit, verba faciens hæc habet: *Hoc quoque commodi in his accentibus lector inveniet, quod ſtatim et ictu oculi Trochaicos ab Iambicis, qui in eadem ſcena interdum locum habent, poſſit diſtinguere: ſi accentus ſcilicet in* prima verſus ſyllaba *eſt*, Trochaici *ſunt*; ſin minus, Iambici. Vid. de Met. Terent. ΣΧΕΔΙΑΣΜΑ, p. 2.

* "Quod, ut multa alia, *inquit Epiſcopus*, infantiæ " Poeſeos rudis adhuc atque incultæ deberi putem, " cum

Quod quidem in Trochaicis etiam obtinet, ut ex ſecunda periodo diſcimus; (aliiſque plurimis Pſalmorum locis:) *

Troch. Dim. Brachycat.

" *gédolím mayſé jah,*

Troch. Dim. Acatal.

déruſím lecól hepzéhem.

hepzεhem enim, non, ut in exemplar. Hebr. prave punctatur, *hopezεhem*, legendum cenſeo, ob rationem in prima mea annot. ad hunc Pſalm. allatam; quam adeat, ſi ita viſum fuerit, amicus lector.

Quin et ex hoc Pſalmo clariſſime liquebat, periodos in Pſalmis omnes non eſſe bimembres, contra ac cenſuit *M. Meibomius:* Duæ enim ultimæ periodi tribus conſtant verſiculis; ut ex ſenſu pariter ac metro ſatis ſuperque manifeſtum eſt: Illa tribus Iambicis; hæc tribus Trochaicis;

period. 9.

" cum provectiore ejus ætate, qualiſque apud Græcos " fuit Anacreontis etiam tempore, nil tale videamus. " Apud illum enim verſus ejuſdem poematii ſunt " omnes et unius generis, et pedum numero æquales." Prolegom. p. 8. Vid. etiam *Voſſium* de Poemat. Cantu et Vir. Rythm. pag. 2. 131. et *Quinctil.* Inſtitut. Orator. lib. 9. cap. 4. p. 865. Edit. *Burman.* Diſſertat. Edit. *Heſiod. Robinſon.* præfix. p. 16.

* Vid. Har. Prolegom. p. 28.

period. 9.

Iamb. Dim. Catalect.

pedút ſ̌aláħ leyámmo;
zivváh leyólam bríto;
kadóſ̌ venóra ſ̌émo.

period. 10.

Troch. Dim. Acatal.

" *réſ̌it ħócmah jírat jáhvoh;*
ſécel ťób lecól yoſ̌ʻhem;
téhilláto yómedt láyad.

Porro, ex hoc Pſalmo luculentiſſime patebat, nullam in poeſi Hebraica quantitatis ſyllabarum rationem haberi, * contra atque ſtatuerat *Gomarus:* In quinto enim verſiculo,

hod véhadár poyálo,

ſyllaba *ve*, quæ apud Hebræos breviſſima eſt, locum obtinet, longis, ex Græcæ et Latinæ poeſeos legibus, debitum: Contra, in decimo quinto,

" *sémucím layád leyólam,*

ſyllaba *mu*, quæ, ut omnes norunt, longa eſt, brevis, ex iiſdem legibus, vicem implet. Hinc etiam ſequitur, omnes in poeſi Hebraica pedes diſſyllabos eſſe; ſi qui enim tribus ſyllabis conſtarent, brevium et longarum diſcrimen, ratione

* Ipſa linguæ Hebr. indoles non patitur, ut ulla quantitatis ſyllabarum ratio habeatur; id quod mox fuſe demonſtrabitur.

ne mediæ ſyllabæ, neceſſario in illa, æque ac in Græca et Latina poeſi, locum obtineret.

En itaque quatuor præcipuos canones ex hoc Pſalmo collectos, (Pſalmorumque univerſorum auctoritate firmatos,) quibus quaſi fundamentis metrica *Hariana* nititur; et quorum veritatem, ſi quid mihi judicii eſt, extra omnem dubitationis aleam poſuit vir celeberrimus:

I. Verſiculi periodorum in Pſalmis, * atque adeo in cæteris omnibus libris poeticis, vel pari, vel impari ſyllabarum numero conſtant; quique proinde vel pro Trochaicis, vel Iambicis, non immerito haberi poſſunt.

II. Verſiculi ejuſdem periodi ſunt ejuſdem generis, vel Trochaici, ſcil. vel Iambici: † pedum

* Non temere eſt, quod propoſitionem univerſalem ex particulari hic deducit *Harius*; ut ex iis, niſi fallor, quæ de hac re infra dicentur, ſatis ſuperque manifeſtum erit. Vid. p. 328.—331. atque not. imis pag. 156.—162. hujus Diſſertat. ſubjectam; necnon Met. *Lowthianæ* Confutat. brevem Confutat. ad fin. operis adjectam.

† Attamen mihi annotandum eſt, hoc non ita verum eſſe, ut ubique obtineat: nonnullarum enim in Pſalmis periodorum, quanquam in Pſalmo ſupradicto minus contigerit, verſiculi, ut loquitur Epiſcopus, *alternant:* * Trochaicos nempe, Trochaici, et Iambicos Iambici non proxime, ſed *alternatim* excipiunt; ut videre eſt in Pſalm. 25. period. 13. 14.

13.

Troch. Dim. Brachycat.

“ *nápſo bétob tálin*;

* *Simile quid in Odis quibuſdam Anglica noſtra, aliiſque linguis hodiernis conſcriptis, animadvertere licet.*

dum vero numero Trochaicos nonnunquam, Iambicos plerumque diſcrepare.

III. Non neceſſe eſt, ut periodi duobus tantum verſiculis conſtent; ſæpe enim tribus, quatuorve, aliquando pluribus, ut cum ex metro, tum etiam ſenſu ubique fere, evidenter liquebit.

IV. In poeſi Hebraica nulla quantitatis ſyllabarum ratio habetur; adeoque pedes omnes eſſe diſſyllabos.

Atque hic quidem obiter obſervandum eſt, nihil eſſe, in quatuor hiſce canonibus *Harianis*, commentitii; nihil ad arbitrium dicti. Noluit ſane Epiſcopus illorum veſtigiis inſiſtere, qui, ut abſonas ſuas atque vanas de poeſi Hebraica opiniones, inconſultius animis conceptas, argumentis ſpeciem veritatis præ ſe ferentibus tuerentur, firmataſque darent, Textum ipſum Hebr. corrumpere haud veriti ſunt, nunc verborum ordinem invertendo, nunc quædam inſerendo, nunc delendo, nunc alia pro aliis reponendo. Hypotheſis *Hariana* ex Textu Hebræo, qualis in Codd. Vulgatt. habetur, tota deprompta eſt; omniaque Epiſcopi inventa ex illo fonte hauſta ſunt. Ne longum faciam, ratio, quam, ad germanam poeſeos Hebraicæ indolem deprehendendam, iniit vir doctiſſimus, ita comparata eſt, ut non ſolum

acutiſſimum ejus ingenium, ſubactiſſimumque judicium ſatis indicet, verum etiam unica ſit, quæ ſpem aliquam firmiorem rei, quæ in votis erat, ad exitum felicem perducendæ, oſtendere potuit: Si hac minus ſucceſſiſſet, fruſtra alia aggreſſus eſſet via: de poeſeos Hebraicæ inſtauratione merito deſperatum eſſet, quippe in rei literariæ arcanis habenda, quæ nulla quantacunque hominum induſtria detegenda ſint. Sed et, aliis rationibus, qualeſcunque demum fuiſſent, ineundis, proculdubio effectum fuiſſet, ut omnes paulo doctiores poeſeos Hebraicæ inveſtigationem, rem multo quam antea difficiliorem futuram, cauſamque eſſe longe graviorem, cur inter αδυνατα poneretur, unanimi ſuffragio judicarent.

CAPUT

CAPUT III.

Objectis quibuſdam, ad quæ neceſſario reſpondendum erat, præoccupatis, nonnulla argumenta, quorum ope Hypotheſeos Harianæ *veritatem aſtruere et confirmare poſſe nobis videmur, in medium proferuntur.*

PRÆCIPUIS metricæ *Harianæ* canonibus lectori expoſitis, nonnulla argumenta, quæ veritatem ejus clare demonſtrent, ſuo quaſi jure, expectare videtur. Meo igitur officio ut, quam maxime poſſum, ſatisfaciam, obſervandum eſt, veritatem hujus hypotheſeos ex ſupradicto Pſalmo 111mo ſatis conſtare: quem proinde literis Italicis integrum exſcribendum cenſeo, quo de argumentis inde petendis rectius et certius judicium ferri poſſit.

PSALMUS CXI.

Troch. Dim. Acatal.

1. " *ódeh jáhvoh bécol lébab,*
bésod jéſarím veyédah.

Troch. Dim. Brachycat.

2. " *gédolím mayſé jah;*

Troch. Dim. Acatal.

déruſím lecól hepzébem.

Iamb. Dim. Catalect.

3. *hod véhadár poyálo;*

Iamb. Dim. Hypercat.

vezídkató yomédet láyad.

4. *zecér yaſáh lenípleótav.*

Iamb. Dim. Catalect.

hannún veráhum jáhvoh.

Iam. Dim. Catalect.

5. *terép natán liréav;*
jizcór leyólam bríto.

Troch. Dim. Acatal.

6. " *cóh mayſáv higgíd leyámmo,*
látet láhem náhlat góim.

Iamb. Dim. Hypercat.

7. *mayſé jadáv emét umíſpat;*

Iamb. Dim. Catalect.

nemánim cól pikkúdav.

Troch. Dim Acatal.

8. " *sémucím layád leyólam;*
yáſuim b' emét vejáſar.

Iamb. Dim. Catalect.

9. *pedút, ſalah leyámmo;*
zivváh leyólam bríto;
kadóſ venóra ſémo.

Troch.

Troch. Dim. Acatal.

10. " *réſit ħócmah jírat jáhvoh;*
ſécel ŧób lecól yoſ'ehem;
ŧéhilláto yómedt láyad.

Quiſquis hunc Pſalmum literis Italicis ita deſcriptum, et in verſiculos ſuos diſpoſitum legerit, facile ſentiet, unam eandemque legem in metris ejus perpetuo ſervari; ſingularum ſcil. periodorum verſiculos ejuſdem eſſe generis, vel Trochaici, vel Iambici. Qui porro linguæ Hebraicæ cognitione aliqua imbutus ſit, non poteſt non animadvertere, fines horum verſiculorum, cum a literis ſecundum Alphabeti Hebraici ordinem incipiant, fixos eſſe, et definitos: Textum Hebr. adeo non ab Epiſcopo corruptum eſſe, ut totum Pſalmum in metra ſua, juxta ejus Hypotheſin, reſolutum, eundem plane, ad verba, verborumque ordinem quod attinet, quem in Codd. vulgatt. deprehendamus: Maſoreticam denique punctandi rationem pro arbitrio ſuo nullibi immutaſſe: iis tantum locis immutatam eſſe, quibus falſam et abſurdam eſſe, metrum evidenter oſtendit.

Quod ſi metrum quoddam ubique ſibi conſtans et ſui ſimile per totum Pſalmum, ut ſatis, ni fallor, conſtat, diligenter ſervetur, et tantum abſit ut textui Hebræo, qualis in Codd. vul-

 gatt.

gatt. ſeſe habet, vis ulla ab Epiſcopo fuerit illata, qua hoc metrum ferre invitus cogeretur, ut contra, ſua fere ſponte, in id metri genus ſeſe reſolvere videatur, an pro vero et germano Pſalmi metro habendum ſit, necne, nemo, ut opinor, ſatis ſanus in dubium revocaverit.

Quod ut in clariore luce collocetur, animadverſum quam maxime velim,

1. Nullum omnino eſſe dubitandi locum, quin primæ verſiculorum literæ (cum ſinguli verſiculi, uti jam vidimus, literis primoribus Alphabeti ordinem repræſentent,) ſerie perpetua, alia infra aliam, ab auctore collocatæ fuerint; quemadmodum in *ακροστιχιδεσι*, quas vocant, fieri ſolet. * Alioquin præcipua et ſingularis Pſalmorum Alphabeticorum venuſtas ex hiſce literis ad hunc modum diſpoſitis oriunda, penitus periit: (id quod in Bibl. noſtris Hebr. revera factum eſt:) quin et, hoſce Pſalmos hoc artificio conſcriptos fuiſſe, ſi quem forte lateret, is, mihi crede, licet iterum et ſæpius legerit, atque relegerit, vix, aut ne vix quidem, artificium deprehenderet; perpetuo-

* Nonnulli codd. MSS. ut nos docet *Kennicottus*, Diſſertat. I. de *Statu* &c. p. 324. 328. 466. 506. 507. libros veteris teſtamenti poeticos in hemiſtichia diſtinctos exhibent.

petuoque forſan, hoc pacto, ignoraret, quod ſcriptor ex ipſo intuitu cognitum voluit.

Quod ſi omnes librarii, prout factum oportuit, prout etiam ab ipſo auctore ſine dubio factum fuit, literas Alphabeticas ſupradicti Pſalmi ordine perpendiculari poſuiſſent, nemini, mehercle, niſi mente capto, unquam in dubium veniſſet, oratione plane αμετρω, an metro quodam et numeris aſtricta, ſcriptus eſſet; cum, ut recte docet eruditiſſimus *Kircherus*,* ex primo ejus conſpectu metricum eſſe ſatis ſuperque manifeſtum ſit. Quod ut lectori, ſi modo ſuis oculis credere velit, luculentiſſime pateret, Pſalmum 111^mum^ literis Hebraicis, et ad priſtinam formam, exarandum duximus.

PSAL-

* *Verum ne quicquam indiſcuſſum relinquamus, hoc loco ſpecimen adhuc quoddam dabimus, omnium eorum, quæ huc-uſque dicta ſunt, explicativum*; in quo luculenter patebit, et Pſalmos fuiſſe metricos, *et in eccleſia Hebræorum metrico artificio cantatos.* Apparet hoc artificium maxime in Pſalmo 111mo *in quo ſinguli verſus juxta literarum alphabeti Hebraici ordinem digeſti cernuntur*; *in quo ſubinde* ομοφωνα, *ſubinde non: Interdum trimetra, nonnunquam aliud et aliud Iambici genus reperies: Sed totum negotium exemplo demonſtraſſe ſufficiat.* — Vid. Athanaſ. Kircher. Muſurg. Univerſal. Edit. Rom. Anno 1650. Vol. 1. pag. 63.

Huc etiam faciunt quæ habet *Lowthius* noſter *Prælect. de Sac. Poeſ. Hebr.* pag. 26. *Erat apud Hebræos vates in uſu carminis quoddam genus memoriæ præcipue ju-*

PSALMUS CXI.

אודה יהוה בכל־לבב
בסוד ישרים ועדה
גדלים מעשי יהוה
דרושים לכל־חפציהם
הוד־והדר פעלו
וצדקתו עמדת לעד
זכר עשה לנפלאותיו
חנון ורחום יהוה
טרף נתן ליראיו
יזכר לעולם בריתו
כח מעשיו הגיד לעמו
לתת להם נחלת גוים
מעשי ידיו אמת ומשפט
נאמנים כל־פקודיו
סמוכים לעד לעולם
עשוים באמת וישר
פדות שלח לעמו
צוה לעולם בריתו
קדוש ונורא שמו
ראשית חכמה יראת יהוה
שכל טוב לכל־עשיהם
תהלתו עמדת לעד :

Satis

juvandæ cauſa, ut videtur, inventum, quo res aut ſententias, aliquantum diſſipatas plerumque, nec ſatis ipſa naturæ et diſpoſitionis neceſſitate inter ſe connexas, ita exprimerent, ut ſinguli vel verſus vel ſtrophæ literis primoribus Alphabeti ordinem repræſentarent. Cujus rei multa etiamnum inter ſacra Poemata exempla extant. Hic itaque prodeunt, ac veluti ultro ſeſe nobis offerunt verſiculi certis qui-

buſdam

Satis jam, ni fallor, liquet, hunc Pſalmum poema eſſe metri alicujus legibus aſtrictum: Carminis metrici ſpeciem præ ſe ferre, nemo non concedat neceſſe eſt.

Quod cum ex oculorum teſtimonio tam præclare conſtet, illud deinceps obſervandum venit,

2. Eſſe forſan qui dicant, "Pſalmum hunc "metricum eſſe, quantumvis verum ſit, cum "tamen antiquam et legitimam linguæ He- "braicæ pronuntiationem, adeoque juſtum "ſyllabarum numerum in vocibus quamplu- "rimis, quantitatem in omnibus, nunc die- "rum penitus ignoremus, qui metrorum "rationem, quæ vel a numero, vel quantitate "ſyllabarum omnino pendeant neceſſe eſt, in- "veſtigare aggreſſus fuerit, is rem, ſi non "prorſus αδυνατην, at certe longe difficillimam "ſuſ-

buſdam notis ſignati, ſuiſque limitibus circumſcripti; quod in membris tantum orationis omnino ſolutæ fieri unquam potuiſſe plane incredibile eſt: præſertim, ſi hos ipſos verſus animadvertimus, interque ſe comparamus, æqualibus plerumque ſpatiorum intervallis decurrentes, atque ita veluti in quadrum redactos, ut ſæpe vocibus voces adnumeratæ, ac pæne ſyllabis ſyllabas pares reſpondeant. Quæ cum ita ſe habeant, quamvis aurium judicio in hac re vix uti licet, ipſo tamen prope aſpectu agnoſcemus, *omnia non modo numeris poeticis eſſe diſtincta, ſed etiam accuratam aliquam in iis dimetiendis adhibitam fuiſſe diligentiam.* Vid. etiam pag. 28.

"ſuſcepiſſe merito videretur." Hanc autem objectionem refellere facillimum erit; quandoquidem veræ et legitimæ linguæ Hebraicæ pronuntiationis ignoratio neutiquam impediet, quo minus metrorum ratio inveſtigetur: Sive enim pingui, prout apud Gallicam, multaſque alias gentes exteras moris eſt, — Sive eodem quo nos Angli, ſono, linguæ ſuæ vocales antiqui Judæi efferre ſolerent, ſyllabarum numerus, a quo metrum Hebraicum totum pendet, idem erit. Neque magis quidem intereſt, an alias, inter pronuntiandum, produxerint, aliaſque corripuerint, necne; cum, ut jam oſtendi, idemque nunc fuſius demonſtraturus ſum, "In poeſi Hebraica quantitatis ſyllaba-"rum nulla ratio habeatur:" Quod quidem verum eſſe, ut eſt veriſſimum, ex quovis Pſalmo Alphabetico, atque adeo tam ex ſupradicto, quam alio quopiam, facile conſtabit.

Prima hujus Pſalmi periodus Trochaicis verſibus conſtat: hoc eſt, ex mente *Harii*, verſiculis, in quibus accentus in primam tertiam, quintam, &c. ſyllabam quaſi ſponte ſua ſeſe inclinat:

1.

Troch. Dim. Acatal.

" *ódeh jáhvoh bécol lébab,*
bésod jéſarím vevédah.

In

In primo verſiculo *becol*, ex Græcæ et Latinæ poeſeos legibus, eſt Trochæus; adeoque ſyllaba prima *be* longa eſt; quam tamen in lingua Hebraica brevem, immo vero breviſſimam eſſe, omnibus notiſſimum eſt. In ſecundo verſiculo ſyllaba *ve*, juxta eaſdem leges, brevis eſt; quod et in lingua Hebr. obtinet. En itaque duas ſyllabas, quarum utraque apud Hebræos brevis eſt; canonum vero proſodiæ ratione habita, altera corripienda, altera contra producenda erit: Quod unicum manifeſto nimis, niſi fallor, indicio eſt, auctorem ſyllabarum quantitatem ne minime quidem curaſſe. Ni ita eſſet, *be* æque ac *ve* locum ſyllabis corripiendis debitum obtinuiſſet.

Dixerit forte quiſpiam, "Syllabæ hæ *be* et "*ve*, quæ hodie brevium, antiquis forſan poe-"tarum θεοπνευστων temporibus, (quantum de "hac re nobis conſtat,) *communium* numero "accenſebantur."

Fatendum ſine dubio eſt, (neque enim verum diſſimulabo,) haſce ſyllabas ſemper breves fuiſſe, ut longe veriſimillimum eſſe videatur, haud tamen, ex eo quod omnes, quotquot fuerint, Grammatici pro brevibus habuerint, invicte probari. Quod ſi oſtenſum fuerit, alias ſyllabas facile longas, brevium vices implere, hoc ſatis magno, ni fallor, argumento

to erit, cum ſyllabarum quantitatem a Poetis ſacris prorſus neglectam jacuiſſe, tum ſyllabas *be* et *ve communes* non habitas fuiſſe, quemadmodum plurimæ ſyllabæ in Græca et Latina proſodia haberi ſolent.

In verſic. 2do period. 3tiæ hujus Pſalm.

hod vėhadár poyálo;
vezídkató yomédet láyad.

ſyllabam *det* poſitione, quam vocant, longam eſſe, luce clarius eſt; duabus conſonantibus ת et ל vocalem ſequentibus. Sin ſyllabarum quantitatem curaverat ſcriptor θεοπνευστος, brevis proculdubio in ejus locum, utpote primæ ſyllabæ Iambi, ſubrogata fuiſſet.

In periodo 6ta

" *cóħ mayſáv higgíd leyámmo,*
látet `láhem náħlat góim,

ſyllabam *lat* vocis *naħlat*, quam in Græca et Latina poeſi corripi oportuiſſet, poſitione itidem producendam eſſe, manifeſtum eſt.

In periodo ultima.

" *réſit ħócmah jírat jáhvoh;*
ſécel ṫób lecól yoſėhem;
tėħilláto yómedt láyad.

ſyllabæ *ſit* et *cel*, ut clare conſtat, poſitione longæ ſunt: locos tamen occupant, ex Græcæ

et

et Latinæ poeſeos legibus, brevibus ſolis debitos. Multa alia exempla cum ex hoc, tum ex univerſis Pſalmis hauſta facile adduci poſſent, niſi hæcce tria noſtræ ſententiæ probandæ atque firmandæ abunde ſufficerent, (quæ proinde probatione copioſiore nequaquam indiget,) et illorum, qui in diverſum abeunt, hypotheſis eo uſque abſurda eſſet, et inepta, ut rem, quam demonſtrandam ſuſcepimus, extra omnem controverſiam ponere videatur.

Nimirum *Gomarus* qui ſingula tum pedum, tum verſuum genera, quæ in Græca et Latina, in Hebraica quoque poeſi extare, contendere non dubitabat, ſeque in hoc Pſalm. 111mo Trochæos, Iambos, Dactylos, Anapæſtos, Amphibracheas, &c. inveniſſe, jactitabat, vocem *yomedet*, quæ in periodo 3. occurrit, Dactylum, * eſſe voluit: *Lowthius* noſter Amphibrachin † appellat; qui etiam *layad* period. 8. Trochæum eſſe affirmat:

hod vehadar poyalo;
vezidkato yomedet layad.

8.

semucim layad levolam,
yaſuim beemet vejaſar.

Sylla-

* Vid. Metricæ *Gomarianæ* ſpecimen ad Pſalm. finem adjectum, Edit. *Har.*

† Vid. Metricæ *Harianæ* confutationem, quæ vocatur, *Lowthii* Prælect. ſubjectam.

Syllabas vero ultimas *det* et *yad* poſitione longas eſſe, quis non videt? ‡

In periodo 2. quam ad hunc modum legendam cenſent, *

gedolim *mayaſe* jahvoh,
deruſim lecol *hepzehem*,

primam ſyllabam τȣ *hepzehem* producendam eſſe, etiamſi vel luce meridiana clarius ſit, ii tamen ſunt, qui pro Amphibrache habere ſuſtineant.

In periodo 11. (ut aliud inſuper exemplum adjiciam,)

ſeçel tob lecol *yoſehem*
tehillato *yomedet layad.*

ſecel, ſecundum eos, eſt Trochæus, quum ſyllaba *cel* poſitione itidem longa ſit.

Ex

‡ Itaque adeo ſatis mirari non poſſum, doctiſſimum *Lowthium* ejuſmodi παρoραματα admiſiſſe. Sed ut quod ſentio libere dicam, in met. *Hariana* confutanda, aut valde negligenter, aut parum candide ſe geſſit: Utrum verius ſit, ille viderit. Id, ut liquido conſtat, præcipue egit, ut *Harii* hypotheſin, perinde quaſi prorſus indigna eſſet, quæ ſerio refelleretur, in ludibrium verteret. Quod vero illi intentabat malum, in ſe recidit: Nimirum *eximia* ſua *Confutatione* effecit, ut ipſe, non *Harius*, merito omnibus, qui Met. *Harianam* paulo propius noverint, deridiculo ſit. Sed de hoc non hic agendi locus. Vid. infra pag. 166. hujus Diſſert. in not. et Met. *Lowth.* Confutat. ad fin. operis adjectam.

* Vid. artis *Gomar*. ſpecimen modo laudatum.

Ex his paucis exemplis ſatis liquet, quantopere illorum hypotheſis, quæ poeſin Hebraicam Græcæ et Latinæ conſimilem eſſe ſtatuit, tum proſodiæ atque pronuntiationis regulis certis et exploratis, tum ipſius naturæ legibus * repugnet, atque adverſetur. Ut tribus verbis loquar, qui Spondæos et Dactylos in Hebraicis, tam fruſtra eſſet, quam qui in Anglicis noſtris Poetis quæreret: neque longius a vero abfuerit, qui Trochæos et Iambos apud *Shakeſpearum* aut *Miltonum*, quam qui in Pſalmis *Davidis* vel Proverbiis *Salomonis* repertos eſſe contenderit.

Quod ad poſteriorem ſupradictæ objectionis partem attinet, " Juſtum ſcil. in pluribus vo-" cibus ſyllabarum numerum, ex eo quod an-" tiqua et legitima linguæ Hebraicæ pronun-" tiatio multa jam ſecula penitus intercide-" rit, nequaquam certo definiri, adeoque nec " germanam poeſeos indolem inveſtigari poſſe," Obſervandum eſt, antiquam et veram Hebraica pronuntiandi rationem hiſce temporibus omnino ignotam eſſe, nemo certe, cui ſanum eſt ſinciput, negare ſuſtinuerit. Hujuſce autem rei ignoratio poeſeos Hebraicæ naturæ inveſtigandæ, ne minime quidem, uti jam

* Vid. *Voſſium* de poemat. &c. p. 43. 44. 84. *Cappelli* Animadverſ. ad Novam Davidis &c. 657.—659.

jam diximus, * obſtabit. Ut primum vero generalem hujus poeſeos naturam perſpectam habuerimus, juſtum ſyllabarum numerum in vocibus, de quibus ambigitur, certo definire facillimum erit. Quod ſi in indole ejus eruenda, eo notitiæ perventum fuerit, ut qualis *non* ſit, *ſenſu negativo*, quod aiunt, probe intelligatur, qualis *reipſa* ſit, *ſenſu poſitivo*, (hac enim loquutione, etſi minus Latina, cum oppoſitionis cauſa, tum quod nulla alia ſuppetat, utendum,) colligere in proclivi erit. Ex ſupradictis, ut quod velim explanatius dicam, ſatis liquet, Hebraici Carminis artificium neque in ſyllabarum quantitate, † neque in verſibus ομοιοτελευτοις, poſitum eſſe: Quod ſi nec quantitate nec ομοιοτελευτοις, natura ejus ſita ſit, tertio illo, quod unicum ſupereſt, ‡ conſiſtere neceſſario dicendum eſt, *Accentibus, nimirum, ſive ictibus, in certis quibuſdam locis verſiculi, ſeu periodi, definitum*

* Vid. pag. 26. hujus Diſſertat.

† De hoc Cap. ſequent. fuſius agetur.

‡ Univerſa carminis ratio, ut omnes norunt, hiſce tribus continetur: Aut, nimirum in pedibus rythmicis ex ſyllabis longis brevibuſque conſtantibus, aut verſibus ομοιοτελευτοις *certum ſyllabarum, gratam auribus modulationem formantium, numerum* † comprehendentibus, aut, *numeris* denique *quibuſdam, modiſque, abſque eo ut* verſus *ſimiliter deſinant*, poſita eſt.

† *Vid. Cl. Clerici Diſſertat. Crit. de Poeſ. Hebr.* I. III. § 3.

*finitum quendam ſyllabarum numerum in ſe continentis, ut recte cadat verſiculus, ſeu periodus, ratione ubique ſibi conſtante, et æquabili, inter pronuntiandum, ponendis, quemadmodum in noſtris Anglicis carminibus, quæ eodem ſono non terminantur, legendis fieri ſolet.**

In-

* Omnino autem obſervandum eſt, inter Hebraica et Anglica carmina hoc intercedere diſcriminis, quod in his, longa pedis ſyllaba et accentus eodem loci coeunt; hoc eſt, ut aliis verbis utar, accentus *metricus*, quem vocant, in eandem, quam accentus *proſaicus*, ſyllabam cadit; in illis non item: Exemplo ſint duo verſus ex Dedicat. celeberrimi noſtri *Popei*, *Parnelli* poematibus præfixa, deprompti:

For him thou óf't haſt bid the wórld atténd,
Pleás'd to forgét the ſtáteſman in the friénd.

Nemo homo eſt, quin in his verſibus, quales hic ſeſe habent, ſuavitatem quandam et dulcem modulationem ſentiat: Hæc autem harmoniæ poeticæ ſuavitas et dulcis modulatio, verborum ordine immutato, evaneſcunt prorſus et pereunt; uti experimentis facile conſtabit. Liceat, exempli cauſa, voces ad hunc modum tranſponere:

Thou haſt óf't bid the wórld atténd for him,
Pleás'd in the friénd to forgét the ſtáteſman.

Vulgari itaque pronuntiandi rationi, in carminibus ſcribendis, repugnare, ex Anglicæ poeſeos legibus, ut videmus, contra fas erit: quippe quæ accentum *proſaicum*, ſive *ſolitam* et *naturalem* vocum pronuntiationem, quoad ejus fieri poteſt, ſervatum volunt. Hoc autem de Hebræa poeſi dici nequit: cum aliis locis, aliis modis, prout verſus poſtulent, eædem voces acuendæ ſint. Quod, ut multa alia, infantiæ poeſeos rudis adhuc atque incultæ deberi putem. Neque tamen

Indole vero poeſeos Hebraicæ hoc pacto deprehenſa, atque perſpecta, juſtus et legitimus in vocibus ancipitibus ſyllabarum numerus, uti modo innuimus, facile innoteſcat, neceſſe eſt.

In primo Pſalm. III. verſic.

ódeh jáhvoh bécol lébab,

par

hoc proprium eſt poeſeos Hebraicæ vitium: Poetæ dramatici tum Romani, tum Græci, ut omnes norunt, qui in iis verſati ſint, eodem genere aliquando peccant. Immo, longe abeſt, ut celeberrimi illi, qui inter Poetas noſtros Anglicanos locum primum obtinent, et ſcriptis ſuis nomina immortalitati conſecrarunt, hoc vitio prorſus immunes ſint. *

Sed et alia quædam ſunt obſervatu digna: In poeſi noſtra Anglicana, cujus eadem, quæ Hebraicæ, eſt ratio, quippe cum a numero, non autem a quantitate ſyllabarum pendeat, verſiculi plerumque ſunt generis Trochaici, ſive pari ſyllabarum numero conſtant: Singula etiam diſticha, aut ſtrophæ ejuſdem poematis, metri genere conveniunt; exceptis odis, idque genus carminibus; ubi tamen diverſi generis ſtrophæ aut alternatim, aut alia quadam ratione conſtanti et ſui ſimili, alia aliam, ut plurimum excipiunt. Sed et Singuli diſtichorum, aut ſtropharum verſiculi, niſi ubi aliquo modo alternent, eundem ſyllabarum numerum continent. Hinc igitur patet, poeſin Hebraicam, non tantum quoad accentus, in certis quibuſdam verſiculorum locis ponendos, ſed etiam duabus aliis de cauſis, minus eſſe perfectam; quippe quæ nulla poſtulet, ut omnes ejuſdem carminis periodi metri genere conveniant, et ſatis habeat, ſi ejuſdem periodi verſiculi ejuſdem generis ſint, ſeu pedum numero conveniant, ſeu diſcrepent.

* *Vid. viri doctiſſimi Richardi Greyii Prolegom. in Lib. Proverb. ex quibus hæc delibavi; nonnullis immutatis, pauculis etiam hic illic, pro re nata, inſertis.*

Verum

Par eſt ſyllabarum numerus; accentuſque, prout ſæpius obſervatum eſt, in primam, tertiam, quintam, et ſeptimam ſyllabam, quaſi ſua ſponte cadit. Nullus eſt igitur dubitandi locus, vocem ישרים, quæ in verſiculo ſecundo occurrit, *jiſrim*, an *jeſarim* pronuntiari oporteat, cum ex verſiculo primo ſatis conſtet, ſecundum ita legendum eſſe,

béſod jéſarím veyédah.

Nonæ itidem periodi verſic. 1. et 3. ſeptem ſyllabis utroſque conſtare, accentumque in ſecunda, quarta, et ſexta, ponendum eſſe, liquet,

pedút ſaláh leyámmo;
(zivváh leyólam bríto;)
kadóſ venórah ſémo.

adeoque in verſic. 2. בריתו legendum contracte *brito*, non, ut Maſoretæ male punctarunt, *berito.*

In

Verum non eſt, ut quod res eſt dicam, cur quis, in ſacris Poetis legendis, miretur, ſi forſan quædam occurrant, quæ licentius, et contra metricæ cultioris regulas, facta videantur; cum aliis, tum his præcipue nominibus: 1. Quod meminiſſe debet, Poeſin Hebraicam antiquiſſimam, adeoque minus perfectam eſſe, nec ad Græcorum et Latinorum Poetarum regulas ſeveriores exigendam eſſe: 2. Quod videmus etiam in his, quando Ars Poetica ad ſummum faſtigium evecta fuit, interdum quædam licenter fieri contra præſcriptas artis regulas, metri ſolius gratia. *

* *Vid. Har. annot. ad Pſ.* 1. *period.* 6. *et* 5. *period.* 8.

In periodo ultima verſic. 1. et 2. generis ſunt Trochaici;

réſit ħócmah jírat jáhvoh;
ſécel ťób lecól yoſħem;

proindeque manifeſto nimis indicio ſunt, עמדת verſic. 3. non legendum *yomedet*, ut fert vulgaris pronuntiatio, ſed contracte *yomedt.*

Hæc pauca exempla ſatis, quantum judico, docebunt, (ſi non omnibus, quibus hæc legiſſe contigerit, iis certe judicibus, qui nullis præjudicatis opinionibus, nullo partium ſtudio, nullis affectibus præpediti fuerint,) juſtum atque legitimum in vocibus, quæ in ambiguo ſint, ſyllabarum numerum, non modo, ope metri, facile deprehendi poſſe, * ſed in jam memoratis, de facto deprehenſum fuiſſe.

Ex iis, quæ de Metrica *Hariana* hactenus diſputata ſunt, clare, quantum ſperare fas ſit, conſtare arbitror, nihil ei ineſſe abſurdi aut inepti; contra autem, firmiſſimarum rationum, atque adeo ipſius veritatis ſolidis et inconcuſſis fundamentis ſuperſtrui et niti.

Hæcce autem, cum ex Pſalmo Alphabetico hauſta fuerint omnia, non abs re erit, alios quoſdam, in quibus Acroſtichidis artificium nullum adhibetur, lectori ob oculos ponere,

quippe

* Vid. Cap. proxime ſeq. pag. 162.—181. hujus Diſſertat. in not. ubi hoc fuſius probatur.

quippe qui iis, quæ jam diſſerui, magis adhuc firmandis atque ſtabiliendis vel maxime inſervient. En itaque quatuor Pſalmos, 19. ſcil. 100.114.117. prout in verſiculos ab *Hario* metrice dividuntur, literis Italicis expreſſos.

PSALMUS XIX.

Troch. Trim. Brachycat.

1. " *háſſamɛ́m meſápperím cebód el,*
úmayſé jadáv maggíd harákiy.

Iamb. Dim. Catalect.

2. *jom léjom jábbiy ómer,*

Iamb. Trim. Catalect.

veláilah lélailáh jeħávveh dáyat.

Iamb. Dim. Catalect.

3. *ɛn ómer ɛ́n debárim,*
mibbéli níſmay kólam. *

Iamb. Dim. Hypercatal.

4. *becól haárez jáza kávvam;*
ubékezéh tebél millɛ́hem.

5. *laſſémſ ſam óbel báhem; vébu*
ceħátan józe méhuppáto;
jaſíſ cegíbbor láruz órħo. †

6. *mikkézeh háſſamɛm mozao,*
utékupáto yál kezótam;

7. *torat*

* Vid.ſis *Harii* annot. et noſtram ad hanc period. confer etiam Gen. 11. ℣. 1.

† *Sic legerunt Gr. non* orah, *verterunt enim* οδον αυτȣ. *Et ſic numeri venuſtiores.* Harius.

Iamb. Dim. Catalect.
v' ɛn nſtar méħammáto.

7. *torát jaħvóħ temímah,*

Iamb. Monom. Hypercat.
meſ̌ibat nápeſ̌.

8. *yedút jaħvóħ nemánah,*
maħcimat péti.

9. *pekúdɛ jáħvoħ jiſ̌rim,*
meſámmeħé leb.

10. *mizvát jaħvóħ nebárah,* *
meirat yén:m.

11. *jirát jaħvóħ ťeħórah,*
yomédet láyad.

12. *miſ̌péťɛ jáħvoħ émet,*
vezédek jáħdav. †

13. *hannéħmadím mizzáhab,*
uminni páz rab. ‡

14. *umétukím middébaſ̌,*
venópet zúpim.

15. *yab-*

* *In Hebr.* barah. *Sed ſyllaba ad verſum deėſt. Quamobrem legendum arbitror vel* nebarah, *quæ vox in Pſ. proxime præcedente uſurpatur p.* 27. *vel* berurah, *ut Soph.* 3. ℣. 8. *niſi verior lectio ſit, quam ſecuti ſunt Gr. qui hic* τηλαυγης, *quaſi legiſſent* beharah, *vel* behirah, ſic *enim* bahir *reddiderunt Job* 37. ℣. 21. *et obſervatu dignum eſt ibi ſequi verbum* tihir, *ut hic* tahor. *Idem.*

† *Hebr.* zadeku, *aperto, ut videtur, errore, pro* vezedek. *Mira certe loquutio*, præcepta Dei veritas, juſta ſunt, *vel juſtificantur* ſimul. *Illa vero altera*, emet vezedek *in SS. perquam familiaris eſt.* Idem.

‡ *Hebr.* umippaz. *Sed metrum poſcit* minni paz. Idem.

15. *yabdéca nízhar báhem*;
Iamb. Dim. Catalect.
gam béſomrám yekéb rab. *
16. *ſegíotáv mi jábin?* †
minníſtarót nakkéni.
Iamb. Dim. Hypercatal.
17. *gam mízzedím haſóc yabdéca,*
al jímſelú bi; *áz ehí tam,* ‡
Iamb. Dim, Catalect.
veníkketí mippéſay. §
Troch. Dim. Acatal.
18. "*jíhju lérazón imrè pi,*
véhegjón libbí lipnèca,
jáhvoh, zúri végoáli.

Hoc carmen, ut lector facile ſentiet, illud habet imprimis notabile, quod a verſic. 7. ad ut

* *In Hebr. eſt* gam yabdeca, *ſed ſi* gam *ad verſum ſequentem transferas, non modo uterque verſiculus numeris ſuis reſtituetur, ſed et melior erit conſtructio*; *ibi enim* gam *magnam emphaſin habet, quæ hic nulla eſt.* Idem.

† *Affixum addidi, poſcente id et metro et ſententia.* Idem.

‡ *Sic verſus legendum docet, et ſic Gr.* αμωμος εσομαι. *Hebr.* εtam, *in quo explicando fruſtra laborant interpretes, cum aperte mendoſum ſit.* Idem.

§ *mippeſay In Hebr. additur* rab. *Sed cum hæc vocula prius bis uſurpata fuerit, vix putem tertio adhibitam intra tam breve ſpatium*; *nec ſententia videtur eam poſtulare, cum peſay ſit grave delictum, ſcienter et contumaciter commiſſum, adeoque reddatur,* defectio, rebellio. *Sin* rab *retineatur, pro* nikketi *legendum* naki. *Idem.*

15. metrum eo uſque ad amuſſim ſibi conſtet, ut in hiſce octo periodis omnes verſiculi ſint Iambici; et ſingulæ periodi, ſive diſticha, eodem ſyllabarum numero, primi, nempe, quique verſiculi ſeptem ſyllabis, ſecundi vero quique quinque conſtent. Horum autem metrorum ſingularis conſtantia et æquabilitas, venuſtas atque elegantia, maxime elucebunt, lectis verſiculis, accentibuſque in ſyllabis, quibus hic apponuntur, inter legendum, diligenter poſitis.

In Pſalmo 100. (ut ad alios tranſeam,) omnes periodi generis ſunt Iambici:

PSALMUS C.

Iamb. Dim. Hypercatal.

1. *harìyu líhvoh cól haárez;*

Iamb. Dim Catalect.

yibdú et jáh beſimħah;
boú lipnáv berìnnah.

Iamb. Dim. Hypercatal.

2. *deyú ci jáhvoh, hú elóhim;*
*hu yáſanú, veló anáħnu;**

Iamb. Dim. Catalect.

yammó vezón maryíto.

Iamb.

Prius prætulerim, cum vocula *rab* ſit ſuperflua prorſus et ſupervacanea; adeoque non auctori θεοπνευστω, ſed erranti Librarii calamo, tribuenda.

* Pro ולא, ſenſu duce, legendum cenſuerim ולו.

Iamb. Dim. Catalect.

3. *boú ſayráv betódah,*
ħazrótav bétehíllah;
hodú lo, bírcu ſémo.

Iamb. Dim. Hypercatal.

4. *ci ťób jahvóh; leyólam ħásdo;*
veyád dor vádor émunáto.

PSALMUS CXIV.

Iamb. Dim. Hypercatal.

1. *bezét jiſráel mimmizráim,*

Iamb. Dim. Catalect.

bet jáykob méyam lóyez.

Iamb. Dim. Hypercatal.

2. *hajétah jéhudáh lekódſo,*

Iamb. Dim. Catalect.

jiſráel mámſelótav.

3. *haiyám raáh vaijános;*
haijárden jíssob l'áħor.

Iamb. Dim. Hypercatal.

4. *hehárim rákedú ceélim,*

Iamb. Dim. Catalect.

gebáyot cébené zon.

5. *mah láç haiyám ci tánus?*
haijárden tíssob l'áhor?

Iamb. Dim. Hypercatal.

6. *hehárim tírkedú ceélim?*

Iamb. Dim. Catalect.

gebáyot cébené zon?

Iamb. Dim. Hypercatal.

7. *millípnẽ ádon húli árez,*

Iamb. Dim. Catalect.

millípnẽ éloh jáykob.

Iamb. Dim. Hypercatal.

8. *habópec házzur l'ágam máim,** †
ḣallámiſ lémayjéno máim.

Advertat lector, omnes hujus Pſalmi periodos verſibus Iambicis conſtare; et ſecundos quoſque verſiculos uſque ad ultimam periodum hepthemimeres eſſe, ſeu tres pedes cum dimidio continere; adeoque *Iambicos Dimetros Catalecticos* (qui vulgo vocantur,) eſſe: quos, optimo itaque jure, Epiſcopus noſter *Anacreonticos* appellat, ſiquidem hoc metri genus, ut omnes norunt, omnium maxime ab Anacreonte frequentatum eſt: * nec temere ſane eſt, quod vir doctiſſimus ab Hebræis ad Græcos primum derivatum fuiſſe exiſtimat. Sic. Od. 1.

Θελω λεγειν Ατρειδας,
Θελω δε Καδμον αδειν;
Η βαρβιτος δε χορδαις
Ερωτα μουνον ηχει.
&c. &c.

Vid.

* hahopec. *In Hebr.* hahopeci *cum* jod *paragogico, invito metro.* Harius.

† l'agam *In Hebr. omittitur* l, *ſed constructio deſiderat, et ſic verterunt Gr.* εις λιμνας. *Et hæc lectio firmatur ex Pſal.* 107. *p.* 35. *ubi eadem verba ſunt.* Idem.

* Eſt etiam ubi *Trochaici Dimetri Acatalectici*, quales

Vid. etiam Od. 2. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 25. 31. 32. 33. 35. 38. 40. 47. 55. quæ quidem omnes hoc numero decurrunt. Adi, ſi ita videatur, viri doctiſſimi, *Joſuæ Barneſii*, Prolegom. pag. 105. 106. 107. 108. et annotat. in Anacreont. Od. Pſal-

ſunt illi, Pſ. 111. period. 1. 6. 8. 10.

1.

" *ódeh jáhvoh bécol lébab,*
bésod jéſarím veyédah.

6.

" *cóh mayſáv higgíd leyámmo,*
látet láhem náhlat góim.

&c. &c. Vid. ſupra pag. 33. 34. 35.

apud *Poetam Teium* occurrunt : ut Od. 18. v. 1. 2.

Καλλιτεχνα μοι τορευσον
Ειαρος κυπελλον ηδυ.

Vid. omnino *Barneſ.* annot.

Verſ. 3. Od. 39. eodem metro decurrit, excepto quod Spondæi primam et quartam ſedem occupent: Vid. iterum *Barneſ.*

Μεσας αρχεται λιγαινειν,

Verſ. autem 16. Od. 41. ſolis conſtat Trochæis :

Τας δε φροντιδας μεθωμεν;

ut et verſ. 4. 5. Od. 62. niſi quod in tertio poſterioris loco Spondæus admittatur :

Υμεας λογοις λιγαινω,
Υμεας ϛιχοις κυδαινω.

Hiſce exemplis ſubjungatur Od. 61. cujus ſinguli prope verſus quatuor Trochæis continentur :

Πωλε

Pſalmus 117. totus conſtat Trochaicis Dim. Acatalect.

PSALMUS CXVII.

Troch. Dim. Acatal.

1. “ *hállelú et jáh col góim;*
Jábbeħúhu cól haúmmim;
2. “ *cí gabár yalénu hásdo,*
véemét jahvóh leyólam.

Atque hæc breviorum illorum verſiculorum, qui in Libris Pſalmorum et Proverbiorum adhibentur, quorumque menſuræ duarum dipodiarum cum dimidio, ſeu decem ſyllabarum numerum rarius ſuperant, exempla ſufficiant. Qui plura velit, adeat, ſi ita videatur,

Πωλε Θρηκιη, τι δη με,
Λοξον ομμασι βλεπȣσα,
Νηλεως φευγεις, δοκεεις δε
Μ' ȣδεν ειδεναι σοφον γε;
Ισθι τοι, καλως μεν αν τοι
Τον χαλινον εμβαλοιμι,
Ηνιας δεχων ςρεφοιμι
Αμφι τερματα δρομοιο.
Νυν δε λειμωνας τε βοσκεαι,
Κȣφα τε σκιρτωσα παιζεις
Δεξιον γαρ ιπποπειρην
Ουκ εχεις επεμβατευειν.

Vid. *Barneſ.* annot. ad verſ. 3. 9. 10.

atur, *Harii* Prolegom. in Pſalmos, pag. 28. 29. 30. 31. itemque viri doctiſſimi, *Richardi Greyii*, Prolegom. in Librum Proverbiorum; * quem in verſiculos metrice diviſum, notuliſque criticis, quibus Textus Hebr. integritati ſuæ reſtituitur, et difficiliora explicantur, illuſtratum haud ita pridem edidit.

Verum præter hoſce verſus breviuſculos, qui in libris poeticis plerumque et vulgo occurrunt, nonnullos dimidia prope parte productiores deprehendimus, cum alias, tum maxime, ut ne longius abeam, in Threnis Jeremiæ, qui verſiculis tres aut quatuor διποδιας continentibus, atque adeo Trimetris et Tetrametris Dramaticorum Græcorum et Romanorum reſpondentibus, maximam partem conſtant. Pauca exempla cum Iambicorum tum Trochaicorum ex illis deprompta hic adponam; eoque libentius, quod eadem opera ni fallor, effecturus ſim, ut id clarius etiam vincatur, (ſi quidem hoc fieri poteſt,) Hebraici carminis artificium non ex vocalium Maſoreticarum quantitate, (quod quidem, ſi tum demum excogitatas fuiſſe, quum lingua He-

* Unde, ut verum fatear, deſumpta ſunt, quæ in hac Sect. habentur, ut et varia, quæ ſubjiciuntur, verſuum longiorum exempla; pauculis immutatis, nonnullis etiam hic illic, prout res poſtulet, adjectis.

Hebræa dudum in uſu eſſe deſierat, conceſſum fuerit, ſatis ridicule ſtatueretur,) ſed ex numero ſyllabarum pendere, atque ea verborum, ad cæſuram * et ictus pronuntiationis quod attinet, diſpoſitione, quæ harmoniam, ſive modulationem, quam voluerit auctor, quaſi ſua ſponte pariat.

I. *Iambici Tetrametri* καταληκτικοι metrorum illorum apud *Ariſtophanem*,

Ως ηδομαι, | και τερπομαι, | και βȣλομαι | χορευσαι
Υφ᾽ ηδονης˙ | ειπερ λεγεις | οντως συ ταυτ᾽ | αληθη.

illorumque apud *Terentium*,

Jam eá te cau | *ſa máxume* | *nunc húc introi* | *re nólo:*
Nam sí remit | *tent qúippiam* | *Philúmenam* | *dolóres;*
Omném rem nar | *rabít, ſcio,* | *contínuo ſo* | *la ſóli.* †

Hec.

* *Omne verſuum genus ſuam habet* Cæſuram *ſive Inciſionem; qua verbum terminatur, et vox in decurſu paulum interquieſcit.* Bentleius de Met. Terent. p. 2.

† In Iambicis Tetrametris καταληκτικοις dimetiendis, ut recte vidit vir eruditiſſimus modo memoratus, διποδια ιαμβικη, non τροχαικη adſciſcenda eſt:

Supereſt tamen unus Iambici generis Tetrametrus καταληκτικος, *in quo* διποδια *veterum Magiſtrorum* ιαμβικη *ſine controverſia tenenda eſt; ob ipſam, a qua in aliis diſcedit, Cæſuræ concinnitatem:*

Nam sí remit	*tent qúippiam*	*Philúmenam*	*dolóres.*
Ανδρές Φιλοι	και δήμοται	και τȣ́ πονειν	εράςαι.
Δημόσθευης	Δημόσθευȣς	Παιάνιευς	εγράψε.
Vi cómmoda	*vi, cómmoda*	*vi, cómmoda*	*vi, cómmo.*

Vid. ΣΧΕΔ. de Met. Terent. p. 6.

Hec. Act. 3. Sc. 2. Edit. *Bentl.* ad ſimilitudinem accedentes:

THREN. I. 4.

כל שעריה שוממין כהניה נאנחים

col ſevarë-	*ha ſomemin,*	*cohenë-há*	*ne' naħim.*
And all her gates	*are* deſolate,	*and* all her prieſts	*are* ſighing.

In hujus generis verſiculis Cæſura plerumque fit in fine dipodiæ ſecundæ; * ut

CAP. I. 2.

בכו תבכה בלילה ודמעתה על לחיה

baco tibcéh	*ballailáh,*	*vedimyatáh*	*yal leħjah.*
Plorando plorabit	in nocte,	et lachryma ejus	ſuper maxillam ejus.

כל רעיה בגדו בה היו לה לאיבים

col reyëhá	*bagedu báh*	*haju lah lé-*	*ojebim.*
Omnes ſocii ejus	prævaricati ſunt in eam	fuerunt ei in	inimicos.

Eſt ubi ſemipedem provecta poſt διποδιαν ſecundam ſedem occupat; ut in his exemplis:

CAP. II. 2.

בלע אדני ולא חמל את כל נאות יעקב

billay adó | nai velo ħá | mál,-et col né | ot jaykob.

Abſorbuit Dominus et non pepercit, omnia tabernacula jaykob.

CAP.

* Atque itidem *in Iambicis Trochaicisque Tetrametris* Terentian. *Cæſura plerumque fit poſt ditrochæum ſecundum:*

Demíſſis humeris éſſe vincto | péctore ut graciliæ ſient.
Vídeo ſentum ſquálidum ægrum | pánnis anniſque óbſitum. Ibid. p. .

CAP. I. 3.

גלתה יהודה מעני ומרב עבדה

galetah jé | hudah meyó |ni-umeróh | yabodah.

Tranſmigravit Judah præ afflictione, et præ multitudine ſervitutis.

II. *Iambici Trimetri* υπερκαταληκτοι· ut

CAP. IV. 1.

איכה יועם זהב ישנא הכתם הטוב

ecah juyám | zahab? - jiſné | haccetem hát | tob?

How is the gold grown dim? How the moſt fine gold changed?

Hic Cæſura poſt priorem διποδιας ſecundæ pedem, ſedem figit. Plerumque vero ultra illum locum ſemipedis ſpatium fertur:

CAP. I. 1.

איכה ישבה בדד העיר רבתי עם
היתה כאלמנה רבתי בגוים

ecah jaſé | bah badad, - há | yir rabbatí | yam?

Quomodo ſedet ſola, civitas multa populo?

hajetah cé | almanah, - ráb | batibaggó | jim?

Facta eſt veluti vidua, multa in gentibus?

CAP. I. 20.

ראה יהוה כי צר לי מעי חמרמרו
נהפך לבי בקרבי כי מרו מריתי
מחוץ שכלה חרב בבית כמות

reeh jahvóh | cizar li, - mé | yai homarmá | ru;

Vide Domine, quia tribulatio mihi, viſcera mea conſtipata ſunt;

nehpac libbí | bekirbi, - cí | maro marí | ti;

Vertit ſe cor meum in interiore mei, nam rebellando rebellavi;

mihuz ſiccé | lah hereb, - bab | bäit cammá | vet.

Foris orbavit gladius, in domo tanquam mors.

III.

III. Iambici Trimetri καταληκτικοι· ut

CAP. I. 2.

אין לה מנחם מכל אהביה

en lah mená | ħem-miccol ó | habeha.

No comforter ſhe had of all her lovers.

כי יהוה הוגה על רב פשעיה

ci jahvoh hóg | ah-ṽal rob pé | ſaṽeha.

Quia Dominus afflixit eam propter multitudinem tranſgreſſionum ſuarum.

In hoc genere illi ſunt maxime ſonori, quibus poſt διποδιαν primam, quemadmodum in metris hic appoſitis, Cæſura eſt.

Hiſce autem *Iambicorum*, nonnulla etiam *Trochaicorum* ſubnectenda ſunt exempla.

Productiores apud Græcos hujus generis verſiculi ut plurimum ſunt *Tetrametri Catalectici*; quorum exempla hæc habe ex *Æſchylo, Euripide* et *Ariſtophane*, deſumpta:

Αλλ' οταν σπευ | δη τις, αυτος | χω θεος συν | απτεται.
Νυν κακων ε | οικε πηγη | πασιν ευρησ | θαι φιλοις.
Παις δ' εμος ταδ' | ȣ κατειδως | ηνυσέν νε | ω θρασει·
&c. &c. Æſchyl. Perſ. p. 278. Edit. De Pauw.

Μυριοι δε | τοι πεπονθας' | αυτο προς τα | πραγματα,
Εκπονȣσ' ε | χοντες, ειτα | δ' εξεχωρη | σαν κακως.
&c. &c. Euripid.

Οιτινες πε | ζαις μαχαισιν, | εν τε ναυφρακ | τω ςρατω
Πανταχȣ νι | κωντες αει, | τηνδ' εκοσμη | σαν πολ.ν·
&c. &c. Ariſtoph.

 Neque

Neque *Terentium* prætermittere fas erit, apud quem *Trochaicus Tetrametrus Catalecticus* frequentiſſimus eſt: (Vid. *Bentl.* de Met. Terentian. p. 10. *Har.* de Met. Com. 41.) Exempli loco ſint hi ex *And.* Act. 1. Sc. 5. et.—2.—2.

Quót modis con | témptus ſpretus? | fácta, tranſacta | ómnia, hem.
Mágnum ſignum | núm videntur | cônvenire hæc | núptiis?

Et *Eunuch.* Act. 5. Sc. 8.

Qúod des paulumſt, | ét neceſſe eſt | múltum accipere | Tháidem.

Et *Adelph.* Act. 5. Sc. 4.

Qúin res, ætas, | úſus ſemper | âliquid adpor | tét novi;
&c. &c.

Apud Hebræos autem hujuſmodi verſus una ſyllaba, ſive ſemipede, ab his deficiunt; cum raro unquam, niſi quid me fallit, ultra *Tetrametri Brachycatalectici* menſuram excurrant; qui poſt συζυγιαν ſecundam, ſive pedem quartum, ſuam plerumque habet Cæſuram, ut in exemplis ſubjectis videre eſt:

CAP. IV. 5.

האכלים למעדנים נשמו בחוצת

háocelim	*lémaydannim*	*náſammu ba*	*búzot.*
Veſcentes	ad delicias	deſolati ſunt in	plateis.

CAP. I. 18.

בתולתי ובחורי הלכו בשבי

bétulotai	*úbaburai*	*hálecu baſ*	*ſébi.*
Virgines meæ	et juvenes mei	abierunt in	captivitatem.

CAP.

CAP. III. 22.

תשיב להם גמול יהוה כמעשה ידיהם
תתן להם מגנת לב תאלתך להם
תרדף באף ותשמידם מתחת שמי יהוה׃

táſib labem Redde eis	*gémul, jabvoh,* vicem, Domine,	*cémayſeb je* juxta opera	*díbem ;* manuum ſuarum ;
títten labem Dabis eis	*méginnat leb,* tegumentum cordis,	*tâlateca* imprecationem tuam	*lábem;* eis ;
tírdop beap Proſequeris in furore	*vétaſmidem* et diſperdes eos,	*míttaht ſeme* a ſub cœlis,	*jábvob.* Domine.

Quos poſtremos verſus totidem fere verbis, ſalvis iiſdem metris, *Anglice* reddere licebit, ad hunc modum:

Recompenſe unto them Lord, according to their doings ;
Give them covering of heart, and lay *thy curſe upon them ;*
Perſecute, and in thy wrath from under heaven deſtroy them.

Jam vero tempus eſt, ut ad aliud argumentum pergam; illud nimirum, quod ex antiquarum Verſionum teſtimoniis, lociſque Pſalmorum ſimilibus et parallelis inter ſe collatis oritur; quodque pro hypotheſi *Hariana*, ut mihi quidem videtur, haud inſtrenue militat.

Fatendum ſine dubio eſt, Epiſcopum noſtrum in Textu Hebræo immutaſſe multa atque emendaſſe; immo vero plura forſan, (quod tamen ſubactiſſimi ejus judicii, acuminiſque plane mirabilis pace dictum velim,) quam, examine paulo accuratiore inito, liceret, id

quod noſtris in Pſalm. annotationibus, prout occaſio tulit, ſæpius oſtenſum eſt. Veruntamen eæ ſunt pleræque omnes viri occulatiſſimi emendationes, ut et metrum illas poſtulet, et antiquæ verſiones firment, rataſque faciant.

Ne quis vero doctiſſimum *Harium*, hac in parte, licentius egiſſe putet, (quod ſcil. qui ſacroſancti Codicis textum immutare aut emendare aggreſſus fuerit, is S. Scripturæ auctoritatem labefactare videatur,) atque præjudicio erga Metricam *Harianam*, hoc nomine, abripiatur, nonnulla ex *Greyii* Prolegom. * modo laudatis, Latine reddita † huc transferam; utpote quæ apud ingenuos quoſque et æquos judices, ſatis ſuperque, uti ſpero, evincent, non eſſe cur Epiſcopum noſtrum temerarium atque inconſultum fuiſſe cenſeamus, qui textum Hebraicum immutare aut emendare, ubi opus erat, haud dubitaverit.

" Vetus Teſtamentum, inquit vir ingenio-
" ſiſſimus juxta atque doctiſſimus, eandem
" communemque cum antiquis omnibus cu-
" juſcunque generis libris paſſum eſſe in de-
" ſcri-

* Quæ tamen, *Greyio* ipſo fatente, ex *Harii* Præfat. et Prolegom. in Pſalm. magna ex parte, deſumpta ſunt. Vid. pag. 51. 52. 53. et *Greyii* Prolegom. p. 20.

† Non vero verbum de verbo reddere neceſſe habui: Mentem auctoris liberius paulo exprimere ſatius duxi.

" ſcribendo calamitatem, quivis ſane in ſacro " Codice diligenter verſatus, niſi ſi præjudicatis opinionibus totus ſit obrutus, facile ſentiat neceſſe eſt. Neque vero eſt, cur S. Scripturæ fidem, vel minima quidem ex parte, " imminui, auctoritatemve ejus labefactari, " hoc conceſſo, putemus. Male enim, qui hoc " modo ratiocinantur, *Si hoc et illo loco per librariorum incuriam aut inſcitiam mendum irrepſit, quidni et alibi, quidni et ubique, adeoque, quidni omnia in ſacro Codice dubia prorſus atque incerta habeantur?* " Quænam enim " hæc conſequentia? Hoc certe argumentandi genere, omnibus antiquis libris, fides " omnis abroganda, ne novo quidem Teſtamento excepto, cujus varia exemplaria, atque adeo plurimis in locis variantes lectiones (quæ omnes in ſingulis hiſce locis, præter unam, totidem ſunt menda,) ſuperſunt. " Multo minus fieri poteſt ut is non operam " ludat, qui Deum, in ſacro Codice conſervando, ad cujus normam et fides et " mores hominum erant exigendi, curæ minus providæ, hoc nomine, arguere velit. " Quod ad hoc enim pertinet, ſatis proculdubio eſt, ſacrum Codicem, quantum, ut ſunt " humana, et ſine continua miraculorum ſerie,

" ejus fieri potuit, * integrum atque illibatum
" ad nos perveniſſe: ut, ſi quis reputet ſacri
" Codicis libros omnium eſſe longe antiquiſ-
" ſimos, — ſi, ad hoc, Judæorum, qui eos
" ſervabant, fata in animum revocet, quam
" diras ſæpe perpeſſi ſint calamitates, nunc
" graviſſima bella gerentes, nunc per complu-
" res annos in longinquis terris exulantes,
" non tam mirari debeat, veteris Teſtamenti
" tabulas multis in locis labem aliquam ac-
" cepiſſe, quam quod tam integer poſt tot diſ-
" crimina ad nos pervenerit: † imprimis
" autem, menda pleraque omnia iſtius gene-
" ris eſſe, ut nihil inde veræ religioni metu-
" endum

* Vide *Kennicottum* noſtrum in Diſſertat. 2. de *Statu Textus Hebr.* &c. p. 322. —— *A qua communi omnium librorum ſorte et calamitate non eſt exiſtimandum, ipſos libros ſacros tum veteris, tum novi teſtamenti, expertes fuiſſe, niſi velimus fingere, hac in parte,* miraculum ſupra omnia alia miracula longe magis portentoſum, *ut nempe dicamus, omnes quotquot a Moſe ad hæc uſque tempora ſacris libris deſcribendis vacarunt, ſuamque operam impenderunt, ita fuiſſe a Deo ſpiritu infallibilitatis ad deſcribendum (quomodo olim prophetæ et apoſtoli ad docendum et loquendum,) donatos, ut ne vel latum quidem pilum ab autographo aberraverint, aut diſcedere potuerint*; *id quod eſt longe a veri ſpecie alienum.* Capellus in Crit. Sacr. p. 371. Vid. etiam pag. 51.

† Vide ſis eandem Diſſertat. p. 368.

" endum ſit, nihil ſacri codicis auctoritati de-
" cedat. *

" Cum

* Omnino etiam audiendus eſt vir eruditiſſimus *Johannes Clericus*, qui de re, quam nunc agitamus, ita diſſerit, Art. Crit. P. 3. S. 1. C. 2. §. 2.—8.

2. *Ut a veteribus Hebræis initium faciamus*, ab iis Libros ſacros non ſatis diligenter ſervatos eſſe, *ſi dixero, nihil dicam quod non facillimum ſit creditu*; *ob frequentes eorum ad Idololatriam defectiones, quibus ſiebat ut Prophetarum ſcripta negligerent. At ipſa hiſtoria ſacra rem, ſine ulla conſectariorum ope, nos docet, cum narrat, Librum legis, qui in templo adſervabatur, et ſeptimo quoque anno publice legi debebat, diu delituiſſe*; *nec, inventus cum fuiſſet, ſine admiratione, a rege alioqui pio, Joſia, fuiſſe lectum. Vid.* 2. *Paral.* 34. ℣. 15. *Si rex, quem ex lege oportebat ejus exemplar habere, quod quotidie lectitaret, nullum habuit, non eſt credibile vulgo Ieroſolimæ ejuſmodi libros emendos, aut deſcribendos proſtitiſſe.*

3. *Quod ſi, ſtante ac florente regno Judaico, tam negligentes fuere Judæi legis ſuæ, cum non modo deberent ejus exemplaria multa habere, quæ diurna ac nocturna manu verſarent, ſed etiam facile poſſent, non eſt veriſimile eos, non modo accifis rebus, ſed plane profligatis, cum in alieno ſolo, procul a patria, duram et inopem vitam agerent, majorem curam adhibuiſſe, ut multos ac emendatos haberent codices*; *aut cura ſua efficere potuiſſe, quod, ſtante republica, a viris piis fieri non potuerat, Imo vero multi patres credidere libros ſacros, in captivitate Babylonica, plane intercidiſſe. Duorum dumtaxat teſtimonium proferemus. Prior erit* Clemens Alexandrinus, *Stromat.* * *lib.* 1. *quem credibile eſt rem habuiſſe a Judæis ſui ævi* : Καν τη Ναβȣχοδονοσορ αιχμαλωσια, διαφθειρεισων των γραφων, κατα τȣς Αρταξερξȣ τȣ Περσων βασιλεως χρονȣς, επιγνȣς Εσδρας ο Λευιτης Ιερευς γενομενος, πασας τας παλαιας αυθις ανανεȣμενος προεφητευσε γραφας· Etiam in captivi-

* P. 342. Ed. Colon. an. 1688.

 tate

" Cum igitur menda plurima in ſacrum
" Codicem irrepſiſſe, ſatis tuto concedere
liceat,

tate regis Nabuchodonoſor, cum periiſſent ſcripturæ, Eſdras ſacerdos, temporibus Artaxerxis Perſarum regis adflatu omnes veteres iterum renovans prophetavit ſcripturas. *Idem antea † dixerat; ſed paullo obſcurius. Scriptor* Synopſeos, *quæ exſtat in ſecundo* Athanaſii *volumine in Synopſ. lib.* 12. *qui eſt Eſdræ*; Ιϛορειται δε και τουτο περι του Εσδρα, οτι απολομενων των βιβλιων, εξ ΑΜΕΛΕΙΑΣ των λαων, και δια την πολυχρονιον αιχμαλωσιαν, αυτος Εσδρας φιλοκαλος ων, και ευφυης, και αναγνωϛης, εφυλαξε παντα καθ' εαυτον, και λοιπον προηνεγκε, και πασιν εκδεδωκε, και ουτως διασωζεται τα βιβλια· Narratur et hoc de Eſdra, cum periiſſent Biblia NEGLIGENTIA populorum, et propter diuturnam captivitatem, ipſum Eſdram, cum eſſet rerum honeſtarum ſtudioſus, bonæ indolis, et lector, ſervaſſe omnia apud ſe, et poſtea protuliſſe, ac omnibus edidiſſe, quo pacto ſervata ſunt Biblia. *Similia poſſent ex* ‡ Chryſoſtomo *et* § Theodorito *proferri.*

4. *Quæ non adfero, quod credibile mihi fiat, Eſdram ex memoria, aut adflatu omnes libros veteres reſtituiſſe; ſed quia videtur omnino hæc hiſtoria orta eſſe ex aliqua vera narratione. Nimirum, corrupti erant libri ſacri, negligentia populorum et longinquitate temporum, eoſque Eſdras recenſuit, quatenus licuit. Hæc enim eſt opinio vulgo inter recentiores Judæos recepta.* Elias Levita *in Præf. tertia ſui* Maſſoreth hammaſſoreth *fol.* 44. *Ed.* Seb. Munſteri, *ita eam exponit:* "בגלות ראשינה אבדו רוב וגו in captivitate prima perierunt plurima exemplaria, diſtracta ſunt, paucaque incorrupta manſerunt; et præterea qui noverant biblicos libros, mortui erant; ut coactus fuerit Eſdras et concilium ejus reformare coronam, ſecundum vetuſtatem ſuam, et emendare libros. *Vide et ſequentia.*

† P. 329. ‡ Homil. 8. in Ep. ad Hebr. § Præfat. in Cantic.

5. *Verum antiquiores Judæi, poſt hæc etiam tempora, non ſatis emendatos fuiſſe libros ſuos faſſi ſunt; forte propter negligentiam eorum, qui poſtea vixerunt. Ita* Demetrius *apud* Ariſteam *p.* 13. *Ed. nuperæ Oxonienſis, de libris Judæorum, qui in bibliotheca Alexandrina deerant, Ptolemæum alloquitur :* Τȣ νομȣ των Ιȣδαιων βιβλια, συν ετεροις ολιγοις τισιν, απολειπει· τυγχανει γαρ Εβραικοις γραμμασι και φωνη λεγομενα. ΑΜΕΛΕΣΤΕΡΟΝ δε, και ȣκ ως υπαρχει, ΣΕΣΗΜΑΝΤΑΙ, καθως υπο των ειδοτων προσαναφερεται· προνοιας γαρ βασιλικης ȣ τετευχε· δεον δε εςι και ταυτα υπαρχειν παρα σοι διηκριβωμενα· Legis Judaicæ libri, cum paucis quibuſdam aliis, deſunt. Dicuntur enim eſſe Hebraicis litteris in lingua; ſed negligentius nec ut merentur, exarati, ſicut ab intelligentibus perhibetur. Regia enim providentia nondum iis contigit. Oportet autem ut et illi ſint, apud te, diligenter deſcripti. *Hæc pæne verbatim repetit* Joſephus *Ant. Jud. lib.* 12. c. 2. *habetque etiam,* συμβεβηκε δ᾽ αυτα και αμελεςερον η εχει σεσημανθαι· contigit eos negligentius, quam oportuit, exarari; *nam pro* εχει, *quod nihil hic ſignificat, legendum* εχρην, *aut* εδει, *oportebat, quod reſpondet* τω υπαρχειν Ariſteæ, *quod aliquando ſignificat* promereri. *Hanc etiam hiſtoriam præſtare nolim: ſed hoc ſaltem hinc patet, ante verſionem LXX Intt. non ſolitos eſſe Judæos, magna diligentia, Codices ſacros deſcribere.*

6. *Neque hoc figmentum eſſe, aut Helleniſtæ Judæi vanam opinionem, oſtendit ipſa LXX Interpretum Tranſlatio; ex qua manifeſto liquet, eos exemplari emendatiſſimo, aut adcurate deſcripto uſos non eſſe. Frequenter enim falluntur, dum aliter legunt, quam oportet, aut adfines figura litteras miſcent; ut cum in* Critica ſacra, *tum in* Notis Criticis, *multis oſtendit* Lud. Capellus, *et nos quoque, in Commentario in Pentateuchum, cæteroſque V. Teſtamenti libros, non raro demonſtravimus. Scio aliter ſenſiſſe* Joan. Buxtorfium, *virum Rabbinica eruditione inſtructiſſimum; ſed in rebus Criticis plane hoſpes fuit, et ab omnibus pæne peritioribus Interpretibus cum veteris, tum novi Teſtamenti, hac in re, diſſentit.*

7.

7. *Cum autem Judæi, aliquot poſt ſæculis, animadverterent codices non ſatis emendatos circumferri, quæſitis antiquiſſimis, ſed exiguo numero, ex iis Maſſoram conflarunt, atque deſcriptum iri poſthac codices ſacros decreverunt; quod quando et quomodo factum ſit, docuit is, quem modo laudavimus,* Lud. Capellus, *in* Arcano punctationis, *ejuſque* vindiciis. *Idem etiam oſtendit, non aliter de Judæorum Criticis, quos illi* Maſſorethas *vocant, quam de aliis judicandum; adeoque illorum judicium a quovis viro erudito iterum ad examen revocari poſſe.*

8. Samaritæ *etiam, qui Pentateucho veteribus, ut antea diximus, Hebræorum litteris exarato utuntur, paſſi ſunt in ſuum Codicem multa menda illabi; ut paſſim obiter demonſtravimus in Comment. in Pentateuchum. Habuerunt quoque illi ſuos Criticos, qui multos locos aut emendarunt, aut emendare conati ſunt; ſed et nonnulla corruperunt, ut exemplis poſtea liquebit.*

Huc etiam faciunt, quæ de Judæorum in libris metricis exarandis inſcitia habet vir doctiſſimus *Robertus Lowthius*, ſæpius a nobis nominatus. —— *Equidem exiſtimare quiſpiam poſſet, Judæos, cum Cantica quædam, et ſæpe etiam in Codd. MSS. integros libros metricos* ςιχηρως *exaratos exhibuerint, vel ſervaſſe, vel ſervare ſaltem voluiſſe, rationem carminis, et veram verſuum diſtributionem. Sed* eorum in hac re inſcitiam *arguit ipſorum inter ſe diſcordia; parum enim conſentiunt in linearum terminis figendis, neque ullam certam rationem aut legem in hoc negotio ſequuntur. Canticorum diſtributio in* ςιχȣς *in variis libris impreſſis varia eſt, ut cuivis liquebit editiones inter ſe conferenti. In Cantico Moſis* Deut. 32. *in quo diſtribuendo libri impreſſi magis conſentiunt quam in cæteris, vix autem diverſitati aut inconſtantiæ locus fuiſſet, modo membrorum ſententiæ ſemper habuiſſent rationem, ipſi tamen Judæorum magiſtri inter ſe diſſident, aliis verſus ſive lineas ſexaginta ſeptem, aliis ſeptuaginta numerantibus. Vide Annot. ad Bib. Hebr. Edit.* Michaelis Halæ 1720. *In libris metricis ſimilis eſt trium MSS. Bodl. modo memoratorum diſcordia; quod meo rogatu amiciſſime facta*

col-

collatione deprehendit idem vir doctiſſimus. Codex MS. inſignis, quem in bibliotheca regia Dreſdenſi vidi, habet quod in hac parte notari meretur, quodque Judæorum in hac re tota ignorantiam et futilitatem *palam facit. Paraphraſis Chaldaica textui per totum immiſcetur, ita ut ſingula legantur commata, primo Hebræum, deinde Chaldæum, et ſic perpetuo alternatim: in libris metricis, qui* στιχηρως *ſcribuntur, ita confunduntur Textus et Verſio, ut, cum in* στιχων *diſtributione nihil aliud ſpectaverit ſcriptor quam linearum æqualitatem, paſſim in una eademque linea occurrant; utque idem* στιχος *ab Hebræo incipiat, in Chaldæum deſinat; et contra. Codex hic eſt elegantiſſimus; annorum fortaſſe quingentorum. Puncta ſunt a manu recentiore; ut in Vaticano ſupradicto, aliiſque omnibus paulo antiquioribus.* Vid. Not. imis pag. 168. 169. Prælect. de Sacr. Poeſ. Hebr. ſubjectam. Vid. etiam Cap. ſeq. p. 261. --- 275. hujus Diſſertat. ubi id, de quo nunc agitur, "*quamplurima,* nimirum, *menda ad aliorum* "*veterum ſcriptorum modum, ſacrum etiam Codicem* "*commaculaſſe,*" fuſe probatur.

Sed ut proprius ad rem accedam, inquit Harius noſter, *quidni liceat id de veteri Teſtamento credere, quod de novo abunde conſtat,* †*in codices ejus MSS. plurimas de tempore in tempus irrepſiſſe varias lectiones?* * —— *Ecquis tamen*

† *Ad me, quod attinet,* inquit eruditiſſimus *Uſſerius, ſententia mea hæc perpetua fuit, Hebræum vet. teſtamenti codicem ſcribarum erroribus non minus eſſe obnoxium, quam* novi *codicem, et libros omnes alios.* De LXX Verſione Syntag. pag. 219.

Cl. *Clericus* in annot. ad Jer. 30. v. 23. hæc habet: *Si in libris* novi teſtamenti, *ſcripti eo tempore, quo lingua Græca vulgaris erat, ſunt tot variæ lectiones, non eſt mirum, ſi a librariis Judæis, quibus Hebraica dudum nequaquam erat vernacula, non ſatis adcurate et ſcripti ſint codices Hebraici. Nec ſatis prudenter ſe gerunt, qui emendatiores fuiſſe volunt libros V. T. quam libros N. T. cum providentiæ divinæ multo, ut ita loquar, plus intereſſet, ut poſteriores emendati ad poſteritatem pervenirent.* Vid. etiam annot. ad cap. 11. v. 15. 15. v. 8. Prov. 21. v. 14. Adi quoque p. 266. &c. horum Prolegom.

* Quidni etiam liceat id de iis credere, qui veteris Teſtamenti libros, quod de librariis, qui novi Teſtamenti libros deſcripſerunt, abunde conſtat, illos viros θεοπνευϛους non fuiſſe; neque eam in ſacro

men tam male feriatus eſt, ut novo Teſtamento fidem omnem detrahendam cenſeat, quod in illo variæ lectiones pæne infinitæ deprehendantur, quarum numerus etiamnum indies augetur, quoties ſc. codex aliquis ejus MS. qui in eruditorum manus nondum venerat, excutitur, et cum excuſis confertur. Quo criterio e tot lectionibus ſciri poteſt, quænam vera ſit? Et ſi daretur tale criterium, ne ſic quidem menda omnia tollerentur, cum quædam omnibus MSS. quæ jam ſuperſunt, antiquiora ſint, et adhuc conjecturis eruditorum locus relinquatur. ——— Vid. Prolegom. in Pſalm. p. 53.

A re noſtra igitur, niſi me animus fallit, haud ita alienum erit, paucas ex hiſce variantibus novi Teſtamenti lectionibus, quæ longe plurimæ, immo fere innumeræ ſunt, lectori ob oculos poſuiſſe. Nonnullas autem ex variis lectionibus Cap. 20. Actorum Apoſtolicorum, quales in viri celeberrimi ſupra memorati *Art. Crit.* habentur, additis etiam ejus animadverſionibus, exſcribam:

Verſ. 1. προσκαλεσαμενος. *Tres Oxonienſis Codices et alii habent* μεταπεμψαμενος, *quod idem plane ſonat.*

Ibid. ασπασαμενος, cum ſalutaſſet. *Alexandrinus, et octo alii, pluresque Codices habent ante has voces,* και

παρα-

cro Codice exſcribendo illorum fuiſſe curam et peritiam, ut vel a minimis erratis religioſiſſime caverent. Vid. annot. imæ pag. 275. hujus Diſſertat. ſubjectam. Vid. etiam *Kennicot.* Diſſertat. 2. pag. 223. 247. 263. 264. 266. 467.

Quamplurimas autem variantes lectiones in veteris perinde atque novi Teſtamenti tabulas revera irrepſiſſe, ex ipſis MSS. Hebr. clare conſtat; ut vir doctiſſimus modo memoratus in duabus Diſſertationibus, quibus titulus, *De Statu Textus Hebraici veteris Teſtamenti, qualis in Codd. impreſſis habetur,* nuper eruditos certiores fecit, remque oculis lectorum, aliquot exemplis harum variarum lectionum prolatis, ſubjecit. Vide ſis Diſſertat. 2. pag. 316. 317. 328. — 330. 340. 341. 568. — 570. Vid. etiam 282. 286. 337. 339. 377. — 379. 438. 439. 448. 462. 466. 482. 483. 536. 567. 591.

Idem vir eruditiſſimus in collatione omnium Codd. MSS. Bibl. Hebr. qui in Anglia noſtra adſervantur, nunc verſatur: quam ut ad finem feliciter perducat, ex animo precor.

παρακαλεσας, conſolatus; *Græco-Latinus,* πολλα παρακαλεσας, multis conſolatus.

Ibid. πορευθηναι *in Aoriſto. Alexand. et alii quatuor Codices,* πορευεσθαι *in præſenti.*

Verſ. 3. μελλοντι αναγεσθαι navigaturo. *Codex Bodleianus,* μελλων αγεσθαι abducendus, *male ſine dubio. Non moror Claromontanum, cum ab omnibus aliis Codicibui nimium diverſus abit, ut hoc in loco; quia paraphraſin potius, quam varietatem lectionis, exhibet. Sed obiter hic monebo cavendum eſſe, ne hujuſcemodi paraphraſes miſceamus cum exemplaribus bona fide et verbo tenus deſcriptis.*

Verſ. 4. *Voci* Σωπατρος *addunt Codex Alexandrinus, Græco-Latinus, et alii* Πυῤῥου, Pyrrhi, *nempe, filius. Legitur etiam in Latino Interprete. Pro* Σωπατρος, *alii Codd. habent* Σωσιπατρος. *Æthiops Int. legit* Πετρος· *perperam.*

Verſ. 5. Ουτοι προελθοντες hi cum præiviſſent. *Alexandrinus Codex habet* ουτοι δε· *idem et alii* προσελθοντες cum adveniſſent.

Ibid. ημας nos; *nempe,* expectarunt, *Paulum et Lucam, alioſque itineris comites. Cantabr.* αυτον illum, *ſcilicet, Paulum, quod ſapit manum criticam.*

Verſ. 6. αχρις ημερων πεντε, ου διετριψαμεν, &c. intra dies quinque, ubi commorati ſumus, &c. *Codex Bodleianus et alii habent* απο ημερων a diebus, &c. & οπου pro ου.

Verſ. 7. συνηγμενων των μαθητων του κλασαι &c. congregatis diſcipulis ad rumpendum &c. *Alexandrinus et aliquot alii,* συνηγμενων ημων κλασαι, congregatis nobis ad rumpendum. *Ita etiam Syrus, Arabs, Latinus, et Æthiops Interpretes.*

Verſ. 8. ησαν συνηγμενοι, erant congregati. *Alexandrinus et alii, præter memoratos Interpretes,* ημεν eramus. *Sunt et qui omittant* συνηγμενοι, *quæ vox facile ſubauditur.*

Verſ. 9. καθημενος ſedens. *Alexandrinus et alii,* καθιζομενος, *quod eſt idem.*

Verſ. 13. προελθοντες επι το πλοιον, progreſſi ad navem.

Alex-

Alexandrinus et alii, προσελθοντες, cum perveniſſemus ad navem.

Ibid. εις την Ασσον, in Aſſum. *Codex Bodleianus*, επι την, *pro* εις την. *Alii Oxonienſes* Νησον, Inſulam, *quod librarius aut criticus non intelligeret* Ασσον *eſſe nomen proprium loci, et crederet mendoſe ſcriptum* ασσον prope, *pro* νησου. *Sic et verſu* 14. *Syrus et Arabs Interpretes habent mendoſe* תסוס theſos, *miſto* A *cum* Θ, *quod facile fit, ſi contigerit crura* τȣ A *ex inferiore parte paullo propriora eſſe, quam oportet.*

Verſ. 15. και μειναντες εν Τρωγυλλιω, et cum manſiſſemus apud Trogyllium. *Deſunt hæc in Codice Alexandrino, unoque ex Bodleianis, nec lecta ſunt a Latino Interprete. Habent illi Codices, in ſequentibus verbis*, τη δε εχομενη.

Verſ. 18. ως δε παρεγενοντο προς αυτον, ειπεν αυτοις, cum ad eum veniſſent, dixit illis. *Codex Alexandrinus, qui mutilus videtur verſ.* 15. *hic eſt auctior tribus verbis; nam poſt* αυτου *habet* ομȣ οντων αυτων cum una eſſent. *Aliis* ομοσε οντων αυτων. *Eadem tamen etiam exhibet Græco-Latinus; at alii nonnulli* ομοθυμαδον, unanimiter. *Sic et* Vulgatus, et ſimul eſſent. *At nec Arabs, nec Syrus Intt. nec alii veteres Codices ea verba agnoſcunt. Sed cum nulla fuerit addendi ratio, fuit aliqua detrahendi; quod, nimirum, inutilia judicarentur, et ſapere Gloſſema. Verum cum ſuperiora verba nequaquam obſcura ſint, non opus erat Gloſſemate. Itaque retinenda cenſuerim, ut innumeras alias repetitiones, aut voces non neceſſarias, quas nemo unquam circumcidendas putavit.*

Verſ. 19. δȣλευων τω Κυριω μετα πασης &c. ſerviens Domino cum omni &c. *Duo Oxonienſes Codd. addunt*, μεθ' υμων, ſerviens Domino vobiſcum, cum omni &c. *Sic et Chryſoſtomus.*

Ibid. πολλων δακρυων, multis lachrymis. *Alexandrinus aliique omittunt* πολλων, *nec legerunt Latinus ac Syrus Intt. Additum videtur, ut plenior eſſet oratio, quia antecedenti ſubſtantivo ſuum etiam erat Epitheton.*

Verſ. 23. διαμαρτυρεται, *Alexandrinus Codex*, διεμαρ-

τυρατο μοι mihi teſtatus eſt. *Eſt præterea levis mtuatio in ordine verborum. At non modo Claromontanus, ſed alii etiam Codices addunt huic verſui,* μοι εν Ιεροσολυμοις· *quæ verba legit et Latinus Int. qui habet,* tribulationes Ieroſolymis me manent. *Videtur tamen eſſe Gloſſema, quod potuit addi, quaſi circumſtantia neceſſaria hic prætermiſſa; cum nulla eſſet detrahendi ratio.*

Verſ. 24. ουδενος λογου ποιουμαι, ουδε εχω την ψυχην μου τιμιαν. *Alexandrinus tranſponit* ποιουμαι et εχω, *ut ſit unum pro altero.*

Ibid. διαμαρτυρασθαι teſtari. *Addunt Græco-Latinus et alii Codd.* Ιουδαιοις και Ελλησι, Judæis & Græcis.

Verſ. 25. βασιλειαν του Θεου, regnum Dei. *Deeſt* Θεου *in Alexand. et aliis quibuſdam Codd. et pro eo eſt* Ιησου, *in Græco-Latino.*

Verſ. 26. καθαρος εγω, mundus ſum, *Græco Latinus et tres Oxonienſes habent pro* εγω, *verbum* ειμι, *quod eſt convenientius Græcæ linguæ, ut altera lectio Hebraicæ. Fini verſus addunt aliquot Codices* υμων, a ſanguine omnium *veſtrum. Sic et Syrus.*

Verſ. 28. την εκκλησιαν του Θεου, Eccleſiam Dei. *Habent Alexandrinus, Græco-Lat. et tres Oxonienſes, aliique,* του Κυριου, Domini, *nempe, Jeſu; prout legit etiam* Irenæus, *Lib.* 3. c. 14. *et MS. Cod.* Athanaſii *Ep.* 1. *ad Serapionem, aliique patres et Codd. quos laudat* Joan. Millius: *alii eodem ſenſu* του Κυριου και Θεου, Domini et Dei. *Poſteriorem hanc lectionem ſequitur Arabs, priorem Syrus, ut et aliquot Codd. MSS. Ep.* 1. Athanaſii *ad Serapionem. Exiſtimat* Hug. Grotius *veram lectionem eſſe* κυριου, *ſed facilem lapſum fuiſſe in compendioſa ſcriptura* θυ *pro* κυ. *Non negaverim ſane, fieri ſæpe potuiſſe, ut miſcerentur hæc compendia; ſed cum hic locus ſit ex iis, quibus in controverſiis maxime olim uſi ſunt Neſtoriani et Eutychiani, non tam incuriæ librariorum has varietates tribuerim, quam Theologorum conſilio, qui ex alterutra parte conati ſint Paulum ſuum facere. Sic et* Millius *in Ep.* Ignatii *ad Epheſios C.* 1. εν αιματι Θεου *putat ab interpolatore mutatum in* αιματι Χριστου, *homi-*

nis

nis illius fraude. Attamen, quod ille non notavit, Interpres vetus Latinus verarum Ignatii *Epiſtolarum habet hic*, ſanguine Chriſti Dei, *unde liquet utrumque in ejus Codice lectum, aut in margine forte alterutrum fuiſſe; quod quidem ſine conſilio partibus alterutris favendi factum non puto. Alioqui paſſim permutantur in novi Teſtamenti Codd. MSS.* Θεος, *et* Κυριος, *ut hoc ipſo Cap. verſ.* 32.

Ibid. δια τȣ ιδιȣ αιματος, proprio ſanguine. *Alexandrinus tranſponit hoc modo:* δια τȣ αιματος τȣ ιδιȣ. *Sic et alii aliquot Codices.*

Verſ. 29. εγω γαρ οιδα τȣτο, ego novi hoc. Τȣτο *omittunt Alexandrinus Codex et alii, ut minus neceſſarium.*

Verſ. 31. ενα εκαςον, unumquemque. *Nonnulli Codd. vetereſque Interpretes addunt* υμων, *veſtrum.*

Verſ. 32. τω Θεω. *Cant. et alius Cod. habent* τω Κυριω, *pro conſuetudine librariorum has voces miſcentium.*

Ibid. εποικοδομησαι, *ſuperſtruere*, και δȣναι υμιν κληρονομιαν εν τοις &c. et dare vobis hæreditatem inter &c. *Alexandrinus habet*, οικοδομησαι, και δȣναι την κληρονομιαν αυτȣ εν τοις &c. ædificare et dare ſuam hæreditatem inter &c. *Sic etiam Codex Græco-Latinus et Bodleianus. Codd. nonnulli ſubjiciunt* υμας.

Verſ. 33. *Poſt* ȣδενος *addit Bodleianus et Græco-Latinus*, υμων nullius veſtrum.

Verſ. 34. αυτοι δε γινωσκετε, vos noſtis, *MS. Alexandrinus*, αυτοι οιδατε, vos ſcitis.

Verſ. 35. αντιλαμβανεσθαι των ασθενȣντων, adjuvare infirmos. *MS. Alexandrinus*, των ασθενȣντων αντιλαμβανεσθε, *ubi* E *ſcriptum mendoſe pro* AI. *ob rationem adlatam, Cap.* 6.

Ibid. Κυριȣ Ιησȣ, *Deeſt in Alexandrino aliiſque vox* Ιησȣ.

Ibid. Μακαριον εςι διδοναι μαλλον η λαμβανειν, beatum eſt dare, magis quam accipere. *Tranſponit Codex Alexandrinus*, μαλλον διδοναι η, *ut Latinus*, magis dare, quam. *Vertendum crediderim*, beata res eſt potius dare quam accipere: *quaſi diceret Chriſtus, Homines vulgo putant beatos eſſe, qui multa ab aliis accipiunt, pauca red-*

" liceat, ſeu potius manifeſtius ſit, quam ut " negari queat, * quidni illis corrigendis ope- " ram impendamus, eadem diligentia et " acumine, iiſdem adjumentis et ſubſidiis, " quoad poterit, adhibitis, quæ in aliorum " ſcriptorum mendis tollendis tam feliciter " adhibita fuerunt? Qualia ſunt in libris " poeticis metrum, antiquæ Verſiones, § lo- " corum parallelorum collatio, † conſtructio, " contextus συναφεια, ‡ || cæteraque id genus " omnia,

reddunt; at ſi beatos dicere oportet eos, qui dant atque accipiunt terrenas opes, eos potius beatos dixerim, qui dant. Ars Crit. P. 3. S. 1. C. 8. §. 3.

* Quin et, nemo, niſi cum maximo S. Scripturæ damno, hoc inficias iverit. Vide, ſis ſecundam *Kennicotti* noſtri Diſſertat. pag 345. — 349.

Ex ſententia vulgo recepta de illibata ſacri Codicis integritate, maxima manaſſe mala, idem vir doctiſſimus, ibid. et pag. 193. — 197. 204. — 207. 220. ſaſatis oſtendit.

§ Vid. quæ imæ paginæ 66. et ſeqq. hujus Diſſertat. ſubjiciuntur.

† Adi, ſi ita videatur, *Kennicotti* Diſſertat. modo memoratam, pag. 317. — 319. 503. — 512. 564. — 570. et Diſſertat. I. p. 12. 13. 79. 198. 444. 457. 461. 481. 484. 502. 510.

‡ Rectæ emendationis octo leges tulit Cl. *Clericus* Art. Crit. P. 3. S. 1. C. 17. quarum prima ita habet: *Si quid mutetur, mutationem res ipſa,* orationiſve ſeries, *ſtyluſve ſcriptoris, neceſſario poſtulato.*

|| Eſt etiam ubi ex conjectura locos depravatos emendare licet: ea tamen lege, ut conjecturæ omnes modeſte proponantur; neque quaſi certæ, exploratæ, in-

" omnia, quæ ad textum in locis depravatis
" integritati ſuæ reſtituendum, aliqua ex par-
" te, adjuvare poſſunt."

Hiſce præmiſſis, nil vetat quo minus oſtendere conemur, de hypotheſeos *Harianæ* veritate inde ſatis conſtare, quod plures Epiſcopi emendationes antiquæ Verſiones commendent firmentque. Cum enim metri ope multos in Pſalmis locos, quales in Codd. Vulgatt. leguntur, mutilos eſſe deprehenderit, atque adeo voces quaſdam hiſce hiatibus ſupplendis idoneas inſeruerit, ſi hos hiatus in Codd. antiquis nullos fuiſſe, metrum vero integrum atque omnibus ſuis numeris abſolutum extitiſſe, ulla ratione, oſtendi poſſet, hoc, ſine dubio, ad metricen ejus ſtabiliendam, extraque omnem dubitationis aleam collocandam, plurimum conferret.

Quod ſane antiquarum Verſionum ope facillime fieri poteſt: * Nam ſi has lacunas nullas in illis comperiamus, neque in Codicibus ex qui-

indubitatæ, manifeſtæ, lectoribus obtrudantur. Vid. ibid. §. 46. necnon *Kennicot.* Diſſertat. II. p. 371. — 376. 454.

* Imprimiſque Verſionis LXX Interpretum; " quæ
" licet, ut *Harii* verbis utar, in locis difficilioribus
" reddendis ſæpiſſime peccet, multiſque in locis lux-
" ata et interpolata, aliiſque modis depravata ad nos
" venerit, utiliſſime tamen in Hebraicis excutiendis
ad-

quibus hæ Verſiones conflatæ ſunt, extitiſſe, merito ſane colligere poſſumus. Quod ut mani-

" adhibetur, cum verborum ordinem plerunque ſer-
" vet, adeoque veram ſæpe lectionem indicet, etiam
" tum cum a vero verborum ſenſu aberret.
" Sed hæc Verſio hoc potiſſimum nomine ſe com-
" mendat, quod, *cum ſit antiquiſſima, ſæpe ſuppleat*
" *verba, quæ in hodierno Codice Hebræo deſiderantur.*"
Et paulo poſt," Hic igitur ad antiquas Verſiones con-
" fugiendum erat: reliquæ vero, vel ex hac traductæ
" ſunt, vel longo ſaltem poſt hanc intervallo factæ,
" iis demum temporibus, cum ſacri Codicis integri-
" tati Judæi attentius invigilare cœperunt, majorem-
" que quam antea illi conſervando curam adhibue-
" runt, ne textus, qui jam plurimum affectus erat,
" indies in deterius rueret. In illo enim temporis in-
" tervallo, quod inter hanc aliaſque Heb. Codicis
" Verſiones Græcas interceſſit, multa in illum men-
" da irrepſerant, locaque plurima labem acceperant,
" quæ tum cum illa Verſio facta eſt, ſana, integra,
" illibata erant, omniſque mendi expertia, cujuſmo-
" di plura lector in Notis noſtris reperiet exempla.
" Multis igitur nominibus hæc Verſio, ut ut men-
" doſa, eſt tamen utiliſſima, *præcipue vero lacunis ſup-*
" *plendis*, quæ alias eſſent inſanabiles. Recentiores
" enim Græcæ Verſiones, quid quod fragmenta tan-
" tum earum ſuperſint, cum ad Maſoretarum tem-
" pora propius accedant, vel iis ſaltem temporibus,
" ut dixi, factæ ſint, cum ſacro Codici in ſtatu, quo
" tunc erat, conſervando diligentius invigilaretur, a
" Maſoretico Codice raro diſcedunt, ideoque ad
" Codicem Hebr. emendandum parum juvant." Vid. Præfat. ad Lectorem Phil-Hebræum, pag. 7. 8. *Cappelli* Crit. Sacr. p. 212. 213. 431. 432. Arcan. punctat. lib. 1. cap. 8. §. 5. 6. Vid. etiam *Kennicotti* noſtri *de Statu Textus Hebraici* &c. Diſſertat. alteram nuper editam, pag. 319.———339. ubi de Verſione

manifeſtius fieret, paucis exemplis illuſtrandum duximus.

Pſalm.

LXX Interprett. fuſe agitur, atque illorum objectis, qui Textum Hebraicum ex antiquis Verſionibus emendari nolunt, ita reſpondetur, ut nullus dubitationi ſuperſit locus. Digna etiam quæ de hac re conſulatur, Diſſertat. I. p. 265. — 271. 285. 286. 304. 366. 409. 441. 442. 468. 469. 485. 498. 499. 506. 509. 518.

41. *Ut ad Tranſlationes veniam*, inquit Cl. Clericus, *certum eſt*, eas ſæpe loco MSS. Codicum eſſe poſſe, *ut probavit* Lud. Cappellus *in Critica ſacra*, *utque omnes conſentiunt*, *qui veteres Verſiones Novi Teſtamenti cum editionibus Græcis contulerunt. Verum cavendum ne varias lectiones hauriamus ex locis*, *in quibus potius ſenſum*, *quam verba exprimere voluerunt*; *hoc eſt*, *ex locis potiſſimum difficilioribus. At ubi verba totidem verbis reddita ſunt*, *et aliquid amplius aut minus fuiſſe in interpretum Codicibus*; *cujus rei nos* † *antea jam exempla* adtulimus, et plura *congeſſimus in Indice in Pentateuchum*, *ad voces* Septuaginta Interpretes.

42. *Vix etiam dubitare licet an aliter legerit Interpres*, *cum videmus eum diſſentire a lectione noſtra*, *ſed mutata literula conſentire. Exemplum rem clariorem reddet. In Hebraico exemplari Eſdræ* Cap. 10. ℣. 6. *ſic legimus :* Et ſurrexit Eſdras ex anteriore parte Domus Dei, et abiit (וילך *vajjelech*) in conclave Jochananis, filii Eljaſibi, et abiit (ויל) illuc, panem non comedit. *Notum autem eſt eum*, *qui tertium Eſdræ librum edidit Græce*, *pleraque quæ habet*, *ex Hebraicis Eſdræ et Nebemiæ Codicibus ſumpſiſſe. Habet vero ille*, *in hac hiſtoria*, *pro altero illo* וילך et ivit, και αυλισθεις εκει, et commoratus illic; *unde perſpicuum eſt*, *eum legiſſe* וילן vajjalon ; *quod verbum ſæpe LXX. Intt. vertunt* αυλιζεσθαι· *Dubium mihi non videtur*, *quin hæc lectio Hebraica commodior ſit.* Ars Crit. P. 3. S. 1. C. 17. §. 41. 42.

† Cap. 8. et 15.

Inter

Pſalm. 5. period. 9.

Iamb. Dim. Catalect.

haſimemó elóhim; *

Iamb. Dim. Hypercatal.

jippélu mímmoyázotéhem;

berób piſyéhem báddihémo;

Iamb. ———————

ci máru béca ————————

Ultimo hujus periodi verſiculo duas ad minimum deeſſe ſyllabas, atque adeo hic in Codd. noſtris vulgatt. lacunam eſſe, metrum indicat. Quod verum eſſe, ex antiquis Verſionibus ſatis liquet; cum in Verſione LXX Interprett. vox Κυριε, *Domine*, hunc verſiculum claudat: Et ſic etiam Vulgat. Syr. Arab. et Æthiop. Nemini igitur dubium eſſe poteſt, quin in ſuo Codice legerint יהוה; quo addito, verſiculo ſui numeri conſtabunt.

haſimemó elóhim;

jippélu mímmoyázotéhem;

berób piſyéhem báddihémo;

ci máru béca, jáhvoh.

Sic et Pſalm. 28. period. 3. aliquid deſiderari metrum oſtendit:

Iamb.

Inter alias emendandi leges, hanc ſextam ſanciendam cenſuit Vir ſummus: *Loco MSS. Codd. veterum Citationes, ac veteres Tranſlationes, adhibitis certis cautionibus, ſunto.*

* O *additum eſt ad explendos numeros: et ſic venuſtior oratio, cum ſequatur* v. 3. haddihemo. *Harius.*

Iamb. Dim. Hypercatal.
al timſecéni yim reſáyim;
Iamb. ——
veyim poyále ón ——
Iamb. Dim. Hypercatal.
dobére ſálom yim reyehem,
Iamb. Dim. Catalect.
veráyah bélebábam.

Ut ſecundus verſiculus fiat Iambicus, quales ſunt reliqui hujus period. tribus ſyllabis, aut una ſaltem, neceſſario augendus eſt. In antiquis vero Codd. juſtum ſyllabarum numerum illi conſtitiſſe, ex Verſione Arabica abunde patet, ut ex Græca LXX Interprett. quæ habet, μη συναπολεσης με, "*ne perdas me* cum operantibus iniquitatem:" Et ſic quoque Vulgat. et Æthiop. Nullus igitur dubitandi locus, quin Codices, quibus harum Verſionum ſcriptores uſi fuerint, poſt *poyale on* voces אל־תאסף exhiberent: (Confer Pſ. 26. per. 9. ubi eadem verba eodem modo reddunt Gr.) Quibus ſuggeſtis, integrum fiet metrum:

al timſecéni yim reſáyim;
veyim poyále ón al tésop;
&c. &c.

Pſalm. 25. period. 22.
Troch. Dim. Acatal.
"*tóm vajóſer jizzerúni,*

Troch.

Troch. ——

ci kivvíticá ——

Aliquid hic excidiſſe, ex metro plane conſtat; quid vero exciderit, liquet ex Verſione Gr. quæ dat Κυριε, id eſt, אדני; quo adjecto, verſiculo ſatisfit:

" *tóm vajóſer jizzerúni,*
ci kivvíticá, adonai.

Ita quidem reddunt LXX Interprett. ut recte obſervat *Harius*, etiam יהוה. Sed vox triſſyllaba hic deſideratur. Adi ſis et Verſ. Arab. necnon Æthiop.

Pſalm. 31. period. 20. (ut unum præterea exemplum proferam,)

Iamb. ——

mah ráb tubéca ——

Iamb. Dim. Hypercatal.

aſér zapánta lireéca;

Iamb. Dim, Catalect.

payálta láhosím bac,
negéd bené haádam.

Verſiculus primus plane deficit, voce diſſyllaba, ut conſtet metrum, deſiderata: Aliter vero in antiquis Codicibus rem ſeſe habuiſſe, ſatis teſtantur Interprett. Gr. utpote qui ipſiſſimam vocem, quæ hic excidit, nobis conſervarunt, Κυριε, ſcil. יהוה; (ut et Verſ. Vul-

gat. et Æthiop.) quam ſi in fine addideris, omnia recte procedent:

mah ráb ṫubeca, jahvoh
aſér zapánta lirecca!
payálta lábosím bac,
negéd bene baádam!

Quod ad *baadam*, *ba*, metri gratia, præfixit *Harius:* "*bene baadam,* inquit vir doctiſſi-"mus, æque dicitur ac *bene adam:* ſed prius "metrum poſcit. Vid. Pſal. 33. p. 13. vel le-"gendum *leneged.*"

Hypotheſin autem *Harianam* veritate fundatam eſſe, ex ſimilibus et paralellis Pſalmorum locis inter ſe collatis, non minus, uti ſupra innuimus, quam ex antiquarum Verſionum teſtimoniis, manifeſtum erit.

Pſalm. 14. (qui idem eſt, pauculis immutatis, ac Pſal. 53. Vid. *Clerici* Art. Crit. P. 3. S. 1. C. 16. §. 12.) period. 1. ſyllabam ſecundo verſiculo deeſſe, metrum docet:

Iamb. Trim. Catalect.
amár nabál belibbo, én elóbim;
Iamb. Dim. Catalect.
biſ—itu — bitvibu
&c. &c.

Quod verum eſſe, ex loco parallelo Pſ. 53. abunde conſtat, cum illic habeatur ſyllaba, quæ hic excidit:

Pſalm.

Pſalm. 53. period. 1.
amár nabál belíbbo, ín elóhim;
hiſhítu véhitvíbu
&c. &c.

Pſalm. 48. period. 11. ex metrices hujus legibus, duæ ſunt lacunæ; quarum altera in primo, altera in tertio deprenditur verſiculo:

Troch. ———
" ———*jiſmáh har zion,*
Troch. Dim. Acatal.
tágelnáh benót jehúdah,
Troch. ———
límyan miſpatíca ———

Quod quidem, collatione hujus cum loco parallelo Pſ. 97. period. 8. (ubi voces, quæ hic deſunt, ſervantur,) inſtituta, ſatis firmatur;

Troch. Dim. Acatal.
" *ſámeyáh vattíſmah zion,*
tágelnáh benót jehúdah, *
límyan miſpatíca, jáhvoh.

ita enim vel luce meridiana fit clarius, locum parallelum Pſ. 48. de quo nunc agitur, a *ſamay ve* initio incepiſſe, et τω *jahvoh* terminatum eſſe: quibus admiſſis, metrum omnibus ſuis numeris abſolutum extabit:

" ſamay

* tagelnah. *In Hebr. præit copula, ſed metrum reſpuit, et recte deeſt in loco parallelo, Pſ.* 48. *p.* 11. Harius.

" ſamay *vájiſmáh bar zion*,
tágelnáh benót jehúdah,
límyan miſpatica, jahvoh.

Quo magis autem lectori, hac in parte, ſatisfaceremus, duplicem catalogum ad noſtrarum in Pſalmos annotationum calcem adjectum, hujus quoque operis fini addendum cenſuimus: quorum prior omnes in Pſalmis locos, ubi Epiſcopi metrica antiquarum Verſionum teſtimoniis firmatur, poſterior vero locos iſtos, qui invicem collati illi novis argumentis ſtabiliendæ haud minus inſerviunt, diligenter indicat. *

Huc accedit, quod plerumque † ſenſus cum Verſu

* At non ſolum antiquæ Verſiones et loci paralleli inter ſe collati, ſed etiam ipſi Codd. MSS. ab *Harii* emendationibus ſtant: ut videre eſt pag. 297. 298. 300. 341. hujus Diſſertat. quæ paucas certorum quorundam Codd. MSS. variantes lectiones nonnullis ex *Harii* correctionibus, atque adeo metricæ ejus ſuffragantes, exhibet. Ac ſane nullus dubito, quin, Codd. MSS. αντιβολη inſtituta, conſtaret, pleraſque omnes viri oculatiſſimi emendationes membranis conſentaneas eſſe. Quo magis quidem in vota effundor, ut quod inſtituit vir doctiſſimus, qui in exemplaribus veteris Teſtamenti MSS. conferendis nunc totus eſt, bene fortunante Deo, feliciter abſolvat. Quis autem adeo vecors et ſtolidus eſt, ut fauſta omnia et felicia illi comprecari nolit, qui de ſacro Codice, atque adeo de literis, de religione, de patria, deque humano genere, tam præclare meritus eſt, et meretur?

† *Plerumque*, inquam; nam Canonem *Harianum*, Pro-

Verſu terminetur; ſive, ut *Lowthii* verba mea faciam, "ibi fere incidant verſiculorum clau-"ſulæ, ubi diſtinguuntur ſententiarum mem-"bra." Plurimis denique in libris poeticis locis intellectu antea longe difficilimis, ne dicam, ſenſu plane carentibus, lux haud dubia, metrices ope, affulſit.

"Numerus ſyllabarum, ut *Greyius* bene "monet, ſolus per ſe, juxta hypotheſin *Ha-"rianam*, verſum non efficit: Ad hunc legiti-"me conſtituendum, opus eſt ut apte divida-"tur periodus, ut accentus in locos legitimos, "quaſi ſponte ſua, cadat, ut denique ſenten-"tia ipſa cum verſu finiatur." Rebus ita ſe habentibus, metrum verum et genuinum ſit, necne, nemini dubium eſſe poteſt, niſi iis, "qui "aures, ut ejuſdem auctoris verba uſurpem, "ad harmoniam ac poeticam ſuavitatem * ſen-"tiendam

Prolegom. pag. 31. traditum, verum eſſe, perſuaſiſſimum habeo:

Singuli verſus ſingulos ſenſus non exponunt. Quamvis plerunque *verum ſit ſingulos verſus colon, vel ſaltem comma integrum conficere, multis tamen exemplis liquet, hoc non pepetuum eſſe, nec ſane ex rei natura eſſe potuit.*

* ——— και μην τω μετρω προσεϛιν αρμονια· η δ' αρμονια μȣσικη τυγχανει· της μȣσικης δε οσον κλεος εστιν, ȣδεις αγνοει· ——— Longinus in Hephæſt. Enchirid.

Τεκμηριον μετρȣ ακοη· ενιοι γȣν ȣτως ωρισαντο· μετρον εϛι ποδων η βασεων συνταξις, αισθησει τη δι' ακοης παραλαμβανομενη· ει δε το κρινον εϛιν ακοη, το κοσμȣν εϛι φωνη· ως γαρ τον ηχον της ευρυθμιας εκτεινȣσα τε και συστελλȣσα

φωνη

" tiendam hebetes prorſus atque inhabiles " habeant; aut qui ita tandem a natura com- " parati ſint, ut vix, aut ne vix quidem, ullis " argumentis, in re etiam manifeſtiſſima, re- " vincendi ſint:" *non perſuadebis, licet perſuaſeris.* Atque hæc de argumentis, quæ pro metrica Hariana militant, ſatis ſuperque.

φωνη σχηματιζει τας συλλαβας, ουτως εισδεξαμενη κρινει η ακοη. *Idem.* Vid. Longin. Fragment. ad Edit. *Pearc.* calcem exhibita.

CAPUT

CAPUT IV.

Ad ea, quæ contra Metricam Harianam *ab* Hiſtoriæ Univerſalis *ſcriptoribus objecta ſunt, reſpondetur.*

CUM ad eam Diſſertationis noſtræ partem tandem perventum ſit, quæ, ex Rhetorices legibus, in objectionibus diluendis atque refutandis verſari debet, objecta quædam, quæ in *Hiſtoria Univerſali* haud ita pridem in Anglia noſtra edita, extant, hic expendere placuit. Hæc eo magis ad examen revocanda eſſe cenſui, quod a doctis quibuſdam ita probata eſſe conſtet, ut illis perſuaſiſſimum ſit, metricam *Harianam* funditus everti. Quod tamen ſatis mirari non poſſum: Nam, ſi libere liceat eloqui quod ſentio, eo uſque futilia ſunt et inepta, ut vix a me impetrare poſſim, ut auctores, cum illa ſcriberent, ſatis ſanos eſſe putem. Hoc certe, ſi quid aliud, exploratiſſimum habeo, illos, quicunque tandem fuerint, neque Præſulis eruditiſſimi Hypotheſin ſatis expendiſſe; neque linguæ Hebraicæ indolem perſpectam habuiſſe; neque Criticæ unquam litaſſe. Quanquam igitur hujuſmodi objecta neutiquam, per ſe, ejus ſint momenti, ut iis anxie reſpondendum, (immo vero, ullo omnino reſponſo, ut mea

fert opinio, prorſus indigna videntur;) exiſtimem, ne hæc tamen temere nimis loquutus ab aliis judicer, neque quid a me aut prætermiſſum, aut relictum ſit, quod hypotheſi *Harianæ* firmandæ atque ſtabiliendæ vel hilum conferre poſſit, illa qualiacunque ſingillatim excutiam, diluam, præfiſcine dixerim, et refellam.

Primum igitur objiciunt viri docti,

" Abſurde iſtud ſtatueris, artem, (poeticam) " quæ, ſi præſtantiorem ejus partem, elocu- " tionis vim, ſenſuum ſublimitatem, meta- " phorarum atque imaginum pulchritudinem " ſpectemus, Moſis temporibus ad ακμην ſu- " am pene perducta eſt, poſteaque per tot ſe- " cula tam egregie exculta fuerat, nihilo ta- " men minus a metris ſuis tam rudem eſſe, " et minus perfectam, atque eam *Clericus*, " aliique quidam critici effecerunt; cum, ut " fert illius metrica, in mero verſuum ομοιοτε- " λευτων tinnitu ſit poſita, adeoque ejuſmo- " di, ut qui longe ab ejus ingenio abeſſet, " facile excogitaſſet. Quod multo etiam ma- " gis, noſtro quidem judicio, de numeris iſtis " lentis atque invenuſtis διτονοις ſolis pedibus " conſtantibus, * quos epiſcopus noſter eru- " ditus

* Ad hunc fere modum loquutionem iſtam noſtrorum, *heavy and inelegant bitony*, vertendam cenſui: Cum

" ditus in eorum locum ſubrogavit, dicendum " eſt." *

Reſpondeo: Artem Poeticam, quatenus de conceptibus agitur, ad ſummum faſtigium apud Hebræos evectum fuiſſe, lubenter concedo: Idem autem de dictione ſeu ſtylo ſummatim ſpectato, jure ullo, dici poſſe, hoc totus nego, pernego: cum ex iis, quæ de lingua Hebraica diſſeruit vir clariſſimus *Johannes Clericus* in Prolegom. in Pentateuch. Diſſertat. 1. liquido conſtet, *Inopem, ambiguam, et parum cultam apud Iſraëlitas fuiſſe:* * Quod poſtquam invictiſſimis argumentis, ſi quid mihi eſt judicii, fuſe demonſtravit vir eruditiſſimus, ad illa obſervanda pergit, quæ, cum ad rem noſtram, præ cæteris, faciant, integra exſcribenda cenſui: *Plura non addemus; ſatis enim fuit digitum intendiſſe ad ea quæ volumus, ut*

Cum vocem *bitony* neque Græce, neque Latine, unica voce exprimere liceret, ad periphraſin confugiendum erat. Illud, ut opinor, dicere volebant, *metra Hariana nonniſi pedibus duplici tono efferendis, aut gravi ſcil. et acuto, aut acuto et gravi, contineri.* Cæterum pro tribus illis vocibus, *duplici tono efferendis*, unam, eamque de meo fictam, διτονοις nimirum, brevitatis cauſa, adhibui. Quod quidem meo jure feciſſe mihi videor, cum noſtri itidem vocem *bitony*, de ſua ſententia, commenti videantur.

* Vide, ſis, *Hiſtor. Univerſal.* Vol. 10. Edit. alter. in 8vo. pag. 203. et ſeqq.

* Vid. etiam annotat. ad Eſa. 40. ℣. 15. et 43. ℣. 9.

ut intelligant lectores, incultiſſimam fuiſſe linguam Hebraicam; *qua de re etiam non amplius dicemus, poſtquam duo monuerimus. Primum eſt, nos non negare, hic, illic, egregiis ſententiis ſplendere Hebræorum orationem, et multa etiam eſſe, apud prophetas potiſſimum, ſublimia*; at non ideo culta lingua dicatur, *cum nulla, ſine Grammaticæ et Rhetoricæ diligenti, et diuturno, per aliquot ſecula, ſtudio, ſatis expoliri queat. Ut elegans judicetur, ad Rhetorum normam collatus, liber, oportet ab initio ad calcem, eloquutionis et diſpoſitionis aut omnes, aut plerique obſerventur Canones.* Invenire præclare, enunciare magnifice, interdum etiam barbari ſolent; diſponere apte, figurare varie, niſi eruditis, negatum eſt, *ait* Plinius *lib.* 3. *Ep.* 13.

Alterum eſt, quæ hactenus a nobis de lingua Hebraica dicta ſunt, ea pertinere ad verba & ſtylum, *quæ vulgo in uſu erant*; *non ad* res ipſas *revelatas a Deo Hebræorum prophetis, et per eos aliis patefactas.* Res ipſas ſummi ſemper momenti, et interdum ſupra humanas cogitationes poſitas, *nemo negat Chriſtianus. Sed eas res ita, per homines Hebræos, nobis patefecit Deus, ut* ſtylo ſibi, gentique ſuæ conſueto *uterentur*; *quia Spiritus, quo agebantur, ſeſe mira* συγκαταβάσει uſui adtemperabat recepto. *Hinc etiam factum, ut doctrinam Chriſti, non Attico ſtylo, aut Platonica eloquentia, ſed* ſuo more, et inter ſuos uſi-

uſitato, *expreſſerint divinitus adflati, ſed* humanis litteris minime exculti *Apoſtoli, ut docet Paulus* 1. *ad Cor.* 2. ℣. 1. *et* ſeqq. *et alibi.* ——

Falluntur ergo viri docti, quod miſceant ſublimitatem rerum ipſarum cum ſublimitate ſtyli. Alia rerum, alia verborum ſublimitas. *Optime animadvertit ſcriptor libri de eloquutione, qui* Demetrii *Phalerei nomen præfert,* " *eſſe* " *et in rebus magnificum,* το μεγαλοπρεπες, *ut ſi* " *de magna et illuſtri pugna pedeſtri, aut navali,* " *vel de cœlo, aut terra ſermo ſit. Qui enim am-* " *plam,* inquit, *rem audit, errat ſi continuo pu-* " *tat dicentem magnifice dicere. Oportet enim (hoc* " *in negotio) non quæ dicuntur adtendere, ſed quo-* " *modo dicantur. Contingit enim magna exiliter* " *dicentem, quod rem dedecet facere. Quare et ve-* " *hementes quidam dicuntur, ut Theopompus, qui* " *res graves non graviter dicit,* δεινα ȣ δεινως λεγει. " *Eodem prorſus modo peccant, qui putant,* ſcriptores ſacros ſublimes eſſe, ubicumque de rebus ſublimibus agunt.*

Verum, ut ad poeſeos Hebraicæ numeros veniamus, iterum negare non dubito, recte col-

* *Si ſumpſeris quaſi exploratum,* inquit idem vir literatiſſimus, *ut faciunt multi, qui nunquam eos* (ſacros ſcriptores) *ſtudioſe legerunt, ſtylum* eſſe accuratum, *quæ ejuſmodi fundamento inædificaris, omnia corruent.* Ibid. Diſſertat. 2. §. 11.

colligi poſſe, ex eo quod ſublimitas et venuſtas longe maximæ in conceptibus eluceant, numeros itidem eſſe perfectiſſimos, et parem quandam elegantiam et pulchritudinem conſecutos: Sacrorum vatum conceptus divino Numinis afflatui quodammodo tribuendos eſſe, (ſi minus paſſim, at iis certe locis, qui, ut cum *Lowthio* noſtro loquar, *ſpirant quiddam tam excelſum, tamque cæleſte, ut plane videantur divinitus editi*; *) et ſingularem vim, et ſplendorem, magnificentiam atque pulchritudinem iis ineſſe, ſi quid aliud, mihi perſuaſiſſimum eſt. † Longe vero aliter, quod ad numeros ſpectat, rem ſeſe habere, jam ſupra docuimus; ‡ et ſatis, ni fallor, demonſtravimus, "Eam eſſe linguæ Hebraicæ rationem, ut "non niſi metrum ſimpliciſſimum ferre poſſit." Quo magis autem hiſce hominibus, hac in parte,

* Vid. Prælect. de ſacr. poeſ. Hebr. p. 143.

† *Hic poeſin*, prout idem vir literatiſſimus, ſolita ſua ſtyli elegantia, in rem noſtram ſatis appoſite obſervat, p. 21. *in ipſis primordiis intueri licet, non humano ingenio excogitatam, ſed e cælo delapſam*; *non parvis incrementis paulatim creſcentem, ſed ab ipſo ortu plenam quandam habentem et decoris et roboris maturitatem*; *non nugis ancillantem, et vanitati ſua præbentem lenocinia, ſed divinæ veritatis miniſtram, inter Deum atque homines quandam internuntiam.*

‡ Vid. ſis, cap. 2. 3. hujus Diſſertat. paſſim.

parte, ſatisfaciam, (ſi modo ſibi ſatisfieri velint,) doctiſſimorum quorundam virorum teſtimonia ad rem, de qua nunc agitur, ſpectantia huc transferam: Ordinem ducet *Clericus*, ſummo ingenio, et ſtupenda eruditione præditus, qui in Diſſertat. Crit. de poeſ. Hebr. * hæc habet:

I. *Primo loco obſervamus, non omnes linguas omnis generis verſibus idoneas eſſe. Sunt enimvero linguæ, ut Græca et Latina, idoneæ verſibus, quos* metricos *vocabimus; i. e. qui per pedes ex ſyllabis longis brevibuſque conſtantes menſurari poſſunt: Aliæ contra ſunt linguæ, quarum poeſis unice conſiſtit in certo ſyllabarum gratam auribus modulationem formantium numero, ſive verſus eodem ſono terminentur, ſive non. Talis eſt lingua* Gallica; *tales etiam ſunt pleræque omnes linguæ, quarum uſus hodie vulgo obtinet:* ——— Eadem etiam eſt ratio linguæ Hebraicæ, *Syriacæ, et plerarumque orientalium, quæ verſus metricos ferre non poſſunt; quod* Joſephus Scaliger *Animadv. in Euſebium p. 7. jamdudum notaverat.*

Rationes ſententiæ ſuæ ſtatim profert vir ſummus; quarum ultimam integram exſcribere haud gravabor, quippe quæ a nobis, haud ſimplici nomine, vel maxime faciat.

3.

* Sub init.

3. *Tertia ratio, quæ compoſitionem verſuum metricorum lingua Gallica impedit, eſt multitudo ſyllabarum longarum, et paucitas brevium: de quo facile conſtare poteſt, dummodo quis primo quoque libro Gallico in manus ſumpto aliquot verſus legere velit.* Eadem linguæ Hebraicæ eſt ratio, *cujus ſyllabas longas non illas voco, quibus Maſorethæ unam ex quinque vocalibus, quæ longæ appellantur ſuppoſuerunt; dubito enim, utrum punctatio ipſorum ſemper certa ſit: ſed illas voco longas, quæ propter plures diverſaſque conſonantes ſequentes, quicquid Grammatici contra dicant, omnino breves eſſe nequeunt; ut prima ſyllaba vocis* חפצו chephtſo, *et poſtrema ſyllaba omnium vocum in conſonante* mobili *terminantium, quoties vox ſequens ab alia conſonante mobili incipit: v. gr. ſyllaba poſterior verbi* halac *in vocibus* הלך בעצת halach bagnatſath, *non poteſt brevis eſſe, et dactylum* halac-ba *facere, ut oſtendit* Cappellus *in refutatione* Gomari p. 22. et ſeqq. *His poſitis, cuivis qualemcunque locum librorum poeticorum Scripturæ inſpicienti tantus ſyllabarum longarum numerus ſtatim ſeſe offeret, ut appareat verſus metricos ex iis omnino componi non poſſe. Si qui autem verſus metricos componere tentarunt, nullam iſtius rei habuerunt rationem: quod æque abſurdum eſt, ac ſi quis, neglecta ſyllabarum quantitate, verſus Græ-*

cos

*ços Latinoſque ſcribere aggrederetur.**

Duæ etiam alteræ rationes a viro ſummo alla-

* Hæc *Clerici*, haud una tantum de cauſa, ut modo dictum eſt, huc transferenda cenſuimus: Nimirum, ideo exſcripſimus, quod, et verſus metricos lingua Hebraica ſcribi non poſſe, clare oſtendant, et proinde ad argumentum illud in *Lowthii* Prælect. p. 30. (quod ſane, ne quid diſſimulemus, ejuſmodi eſt, ut revera dignum eſſe videatur, cui reſponſum detur; quodque refelli ad metricam *Harianam* plurimum intereſt,) elidendum quam maxime adjuvent. Objicit vir doctiſſimus, " *Hebræum ſermonem ſuis vocalibus deſtitutum per annos ſupra bis mille mutum omnino et elinguem jacuiſſe: Itaque ne numerum quidem ſyllabarum, quibus ſingulæ voces conſtant, plerumque certo definiri poſſe; ac multo minus earum tempora, ſive, ut vocant, quantitatem, unquam inveſtigari. Cum vero in omni lingua metrorum ratio omnis ab his duobus neceſſario pendet, ſyllabarum dico et numero et quantitate, quorum in Hebræa cognitionem intercidiſſe, nec revocari poſſe, ipſa rei natura clare indicat, eum, qui metricam Hebræam veram illam et genuinam inſtaurare conatur, ædificium extruere, cui fundamentum, in quo nitatur, plane deeſt.*"

Hæc quidem ratiocinatio, licet, prima fronte, veritatis ſpeciem præ ſe ferre videatur, rebus tamen paulo diligentius expenſis, a vero haud dubie alienam eſſe, ſatis, ni fallor, conſtabit. Ut enim illi demus, " *linguam Hebraicam ſuis vocalibus deſtitutam eſſe*," facile fieri poteſt, ut ſyllabarum numerus in pleriſque vocibus certo definiatur. Cognita enim (id quod, aliqua ex parte, ſupra oſtenderim, pag. 30.) poeſeos Hebraicæ indole, cognoſcetur etiam in quamplurimis vocibus juſtus ſyllabarum numerus: — Qualis autem poeſeos Hebraicæ ratio ſit, ex linguæ Hebraicæ ingenio certo collegeris: — Cujuſmodi vero ſit linguæ

 He-

allatæ, omnino dignæ ſunt, quas probe expendat ſtudioſus lector.

In Diſſertatione de Ling. Hebr. ſupra a nobis

Hebraicæ ingenium, ex eo ſatis patet, quod verſus metrici in illa ſcribi non poſſint: —Verſus autem metricos in illa ſcribi non poſſe, ex multitudine ſyllabarum longarum, et paucitate brevium, hoc eſt, ex conſonantium frequentia literarum, ſatis liquet, ut hic clare demonſtravit *Clericus*. In nonnullis autem linguis conſonantes, pro vocalium numero, frequentiores eſſe quam in aliis, norunt omnes. Lingua Latina, ex. gr. ut recte monuit eruditiſſimus *Bentleius* in ΣΧΕΔΙΑΣΜ. de Met. Terent. p. 10. pluribus abundat conſonantibus, quam Attica: Quod idem de linguis hodiernis, præ Latina, dici poteſt. Quemadmodum etiam, ut a magno *Voſſio* obſervatum eſt, * quo major in quaque lingua ſit vocalium numerus, eo cultior eſt habenda, ita quo infrequentiores in ſermone quopiam extent, hoc non modo rudior atque incultior cenſendus eſt, ſed etiam a verſibus metricis magis abhorreat neceſſe eſt. Itaque ergo in linguis quibuſdam, puta Anglica noſtra, Gallica, Hiſpanica, et illa, de qua nunc agitur, Hebraica, tantus eſt conſonantium numerus, ut pedes rythmicos recipere plane nequeant.

Objecerit forte aliquis, "Nihil certi de conſonantibus literis, frequentiores, an pauciores, in lingua Hebraica, pro vocalium numero, fuerint, ſtatui poſſe, niſi vocalium numerus prius certo definiatur. Itaque ratiocinationem noſtram ex petitione principii totam pendere."

Huic objectioni facili negotio, et paucis reſponderi poteſt, hoc modo: Ita comparata eſt lingua ſancta, ut niſi poſt ſingulas fere conſonantes, (quod quidem expertus loquor,) imprimiſque illas, quæ dictiones claudunt, inſerantur vocales, pedes rythmicos recipe-

* *De Poemat. Cantu & Vir. Rhyth. p.* 53.

re

nobis memorata atque laudata, hæc habet: *Poeticen*, pro linguæ ſuæ ingenio, *paullo magis coluerunt*, (Hebræi,) *et plurima in canticis eorum leguntur graviter et ornate dicta*; *ſed unde magis*

re omnino recuſet: quod tamen fieri non poſſit, quin omnia perturbentur, cum, hoc pacto, tum grammatices, tum pronunciationis analogia prorſus corrumpatur, atque tota pereat, neceſſe ſit. Quod ſi linguæ Hebraicæ analogia hoc fieri pateretur, ne ſic quidem quantuſcunque vocalium adhiberetur numerus, effici poſſet, ut vel unus Pſalmus aut hexametro, aut pentametro, aut Sapphico, aut Alcaico, aut denique alio quovis numero a Græcis Latiniſque poetis uſurpato, decurreret.

Sed et, præter *conſonantium multitudinem*, duæ aliæ rationes impediunt, quo minus hoc fieri poſſit, ut ante dictum eſt, utque fuſe oſtendit Cl. *Clericus* in Diſſertat. ſupra appellata. 1. Enim verſus metricos ſcribere fruſtra aggreſſus fueris, ubi *verba tranſponere* non liceat. *Cum ergo*, ut ex præmiſſis recte colligit vir eruditiſſimus, *linguarum orientalium pleræque* eundem perpetuo verborum ordinem *ſervent*, *fieri nequit*, *ut verſus metrici illis linguis eleganter ſcribantur. Imo vero ſimile eſt*, *Græcos Latinoſque*, *propter hanc ipſam rationem*, *ut nimirum verſus metricos facere poſſent*, naturalem verborum ordinem *tranſponere cæpiſſe*, *quod* Voſſius, *libro* de Poematum cantu, et viribus rythmi, *p.* 41. *obſervavit*. Et ſane nullus eſt dubitandi locus, quin Græci, in carminibus condendis, pedes rythmicos primi omnium adhibuerint.

2. autem, Nullæ linguæ, niſi quæ *varia caſuum terminatione* gaudeant, verſus metricos ferre poſſunt. Cum igitur apud Hebræos ſinguli caſus eodem modo terminentur, hinc neceſſario conſequitur, linguam Hebraicam hoc carminum genus reſpuere.

magis videas quid facere potuiſſent, ſi ſtudium, quantum apud alias gentes adlatum eſt, adhibuiſſent, quam ad eloquentiæ laudem perveniſſe intelligas. Vid. pag. 9.

Ex proprio autem uniuſcujuſque linguæ genio,

Sic exiſtimo me ſatis probaſſe, verſus metricos in lingua Hebraica neque ſcribi poſſe, neque a ſacris poetis revera conſcriptos fuiſſe; atque adeo, cum, quale ſit poeſeos Hebraicæ ingenium, hinc clariſſime conſtet, * poſſe, *ut legitimus ſyllabarum numerus in quamplurimis vocibus certo definiatur*; † et quidem conceſſo, Hebræum ſermonem ſuis vocalibus nunc dierum deſtitutum eſſe.

Sed ut propius ad rem accedamus, hoc quod ſibi ſumpſit poſtulatum, neutiquam *Lowthio* concedendum putem. Licet enim primævis ſuis et nativis vocalibus (ſi ita loqui fas ſit,) Hebræum ſermonem orbatum eſſe, aliqua ex parte verum ſit, vocalibus tamen plane carere, dici nequit, cum puncta Maſoretica illis ſuffecta, illarum vices impleant. " *At nihil moror*, ſubjiciet, opinor, vir doctiſſimus, *Maſoretarum commenta*: " *Eis auctoritatem ac fidem jamdudum derogaverunt eruditi.*" ‡ Quid vero ita, bone vir? Non eſt cur exiſtimemus, neque mehercule tu, neque alius quivis quamlibet doctus probare poteſt, illos *antiquam et veram Hebraica pronuntiandi rationem* uſque adeo ignoraſſe, ut ne numerum quidem ſyllabarum, quibus ſingulæ voces conſtant, plerumque recte tenerent:

In

* *Vide omnino ſupra p.* 54.—61. *hujus Diſſertat.*

† *Quod unum hic quæritur, aut probato contra* Lowthium *opus erat: Nihil enim eſt, ut ſupra oſtendi pag.* 44. *quod de antiqua et vera apud Hebræos vocales pronuntiandi ratione vel minime laboremus. Quod autem ac ſyllabarum quantitatem attinet, nulla ejus ratio, ut modo vidimus, neque habita eſt, neque ex linguæ ſanctæ ingenio haberi potuit.*

‡ *Vid. Prælect. p.* 29. 222.

nio, inquit eruditiſſimus *Cappellus*, Animadverſ. ad *novam Davidis Lyram*, p. 658. *aut vero forte ex hominum ipſorum arbitrio, eſt, quod vocales omnes ubique non æquali temporis ſpatio pronuntiantur, ſed modo tardius, modo celerius, in diverſis voci-*

In multis eos peccaſſe, facile conceſſerim: Nullo autem jure, ex eo quod in multis, per omnia erraſſe dixeris: Contra ea, ſatis cauſæ eſt, cur in quamplurimis vocibus juſtum ſyllabarum numerum nobis tradidiſſe putemus; cum illorum punctatio, ad rei ſummam quod attinet, Hebræi ſermonis indoli, (quin et in nominibus propriis LXX Intt. in appellativis etiam legendis, *Hieronymi* rationi,) hac in parte, ſatis congruat: (Vide *Hieronym.* comment. ad Hoſ. 11. ℣. 10. et *Cappelli* Arean. Punctat. lib. 1. cap. 10. §. 4. cap. 11. §. 17.) Plures, nimirum, ſyllabas, quam quas linguæ hujus ingenium, quæ tot conſonantibus abundat, ferre poſſit, vocibus ut plurimum non tribuit. —— "At-" "qui punctis Maſoreticis, ſi diis placet, *auctoritatem* " *ac fidem jamdudum derogaverunt eruditi*:" Non ea autem ratione, quod hodie nulli uſui ſint, aut verum ſyllabarum numerum in ſingulis vocibus plerumque minus conſervarint, ſed quod ab ipſis ſacris ſcriptoribus originem ſuam, ſine dubio, non traxerint, neque cum ipſis literis coævæ eſſent; ſive primis linguæ ſanctæ temporibus obtinerent. Hoc negant eruditi; illud non item: Quod facile probare poſſem, ſi opus eſſet, neque interea inanem prorſus operam ſumere, meoque otio, lectoriſque patientia abuti merito viderer. Vide tamen, ſi ita libeat, *Greyii* præfationem Grammat. Hebr. præfixam, p. 6. 7. et *Kennicotti* Diſſertat. 1. *de Statu* &c. p. 303. 345. 460. *Cappelli* Crit. Sacr. p. 196. 306. 308. 309. 435. 436. 682. *Calvinum* ad Zachar. 11. ℣. 7. *Mercerum* ad Gen. 16.

vocibus, vel etiam in eadem voce, ſed in diverſis illius ſyllabis. Unde eſt, quod nonnullæ linguæ (Græca, puta, et Latina,) longarum et brevium vocalium, atque ex vocalibus ſyllabarum, diſtinctionem

16. ỳ. 13. *Schultenſium* in præfat. ad Inſtitut Hebr. *Robertſon.* in Grammat. Ling. Hebr. ibi loci, ubi *de punctorum vocalium natura, antiquitate et novitate* agit. *Cappelli* Arcan. Punctat. lib. 1. cap. 13. §. 29. cap. 15. §. 1. 2. cap. 17. §. 11. 14. 15. 16. lib. 2. cap. 16. §. 3. 5. 6. cap. 17. §. 4. 5. 6. cap. 19. §. 2. cap. 20. §. 10. 11. cap. 21. §. 7. 9. 10. cap. 23. §. 2. 3. 4. 5. cap. 25. §. 7. 9. 10. 12. cap. 26. §. 2. 3. 4. 5.

Quæ cum ita ſint, quod in aliis reprehendit, *Lowthius* noſter, jure optimo in ſe regeri poteſt: *Ædificium* hic *extruit, cui fundamentum, in quo nitatur, plane deeſt.*

Præcipuos autem errores, quibus punctationis magiſtri veram legendi raionem corruperunt, indicavit *Harius* in Prolegom. in Pſalm. Licet enim, ut verum fatear, gravius in punctationem Maſoreticam quam par erat, pro mea quidem ſententia, invectus ſit, in iis tamen quæ exſcripturus ſum, (nam quo rectius atque accuratius de metrica ejus judicari poſſit, omnino exſcribenda cenſeo;) Maſoretas haud immerito caſtigat, atque errorum maximorum reos agit. Hi docent,

1. *Conſonam* Scheva *mobili animatam, ſyllabam per ſe nunquam conſtituere, ſed ſequenti conſonæ arctiſſimo nexu adhærere. Quo nihil,* inquit epiſcopus, *abſurdius dici poteſt, cum hoc pacto* dabar *fuerit diſſyllabum, idem vero cum* Scheva, debar, *monoſyllabum, quod nemo tamen ut unam ſyllabam toto conniſu ſuo proferre poſſit. Hic autem error omnium graviſſimus, et poeſi Hebraicæ maximam perniciem attulit, cum* Scheva *mobile omnibus locis occurrat, adeoque omnibus in verſibus verum ſyllabarum numerum perturbet, voces quadriſyllabas in diſſyllabas interdum contrahat, verborumque monſtra infinito numero pariat,*

tionem in carminibus agnoſcunt, aliæ vero diſtinctionem illam ignorant. Vide etiam pag. 657.

Idem vir doctiſſimus p. 663. ita loquitur: *Nempe quomodo Deus in ſacris ſuis ſcriptis ſuam habet*

pariat, qualia in nulla lingua uſurpantur, nec quiſquam, ferreo licet ore, enuntiare poſſit, nedum ſub metri leges mittere, quod Cappellus fuſe oſtendit in Animadv. in Gomari Lyram.

2. Scheva *compoſitum, quod vocale eſt, ſed vocali brevi aliquanto brevius, quodque* Gutturalium *gratia dicunt excogitatum, videtur merum figmentum, omniſque de eo doctrina, non modo ut inutilis, ſed ut falſa, abjicienda, ſaltem quatenus in ſimplicis muti locum ſubſtituitur; cum Gutturales æque ac alias quaſvis conſonas,* Scheva *quieſcens ſub ſe recipere, et cum conſona præcedente, cui vocalis brevis ſubeſt, unam ſyllabam conſtituere, ex toto Pſalmorum libro manifeſtum ſit. Nulla una obſervatio, ſi priorem excipias, tantum, atque hæc, confert ad veram legendi rationem intelligendam; cum ex punctatorum doctrina omnia ita perturbentur, ut nec ſyllabarum numerus, nec quæ revera ſint, ſeu quibus ex literis componantur, dignoſci poſſit. Ut verbo dicam,* Scheva *hoc compoſitum veræ lectioni perdendæ natum videtur.*

3. *Quæ punctationis magiſtri docent de* patah furtivo, *vel falſa ſunt, vel ſaltem inutilia. Si vocale cenſeatur, et ſyllabam conſtituere, quæ nonnullorum ſententia eſt, hoc plane falſum eſt, cum conſonæ illo inſignitæ eodem loco ſint, ac ſi* Scheva *quieſcens illis ſubjiceretur, et in unam ſyllabam cum præcedente conſona connectantur. Ita coħ, ruħ, ſunt monoſyllaba, eloh vero diſſyllabum, quæ ab illis ſcripta ſunt coaħ, ruaħ, eloah.**

4. *Regula, qua docetur, geminum* Scheva *ab initio vocis nunquam conſiſtere, quod ſi ex analogia concurrant, prius mutari in ħirek, pataħ vel ſegol, adeoque alte-*

* Vide tamen quæ in contrariam partem attulit *Greyius* in annot. ad per. 1. Ult. Verb. Davidis.

habet eloquentiam, ſuam rhetoricam, ſuos tropos et figuras, at non tamen eandem prorſus, et per omnia ſimilem humanæ eloquentiæ atque arti; nimirum non eſt illa tam ſollicita, tam anxia, tot legibus ad-

alterum quieſcere; hæc eorum fons et origo ſunt, quæ docent de præfixis, c, l, b, ante literam Schevatam, quæ tamen in multis falſa eſſe metrum clare evincit; c nempe, et b non in unam ſyllabam cum litera, cui præfiguntur, coaleſcere, ſed ſyllabam per ſe conſtituere: l vero in multis, ubi conjungi cum ſequente ſyllaba oportuit, Scheva vocali ſubjecto ſeparant, in aliis conjungunt, ubi metrum ſeparatim ponendum oſtendit; quoties vero in horum aliquibus peccatur, toties metrum corrumpitur. Sed quod ad c et b attinet, num ſemper hæc præfixa a ſequente litera ſejuncta ſyllabam per ſe conſtituant, hic quidem incertus hæreo, nec quid ſtatuendum ſit ſcio; verior forte ſententia eſt, utrumque licuiſſe, * quod vix tandem adducor ut credam, cum licentia hæc nimia videatur; hac enim admiſſa, Ars Hebraica pangendi, alias facillima, adhuc multo facillior reddetur, minuſque artis in ſe habebit, quam par erat, ut ars jure dici poſſit. Diu quidem hæc mea fuit ſententia, opuſque hoc totum fere abſolutum fuit, antequam ab illa in nonnullis diſcedendum eſſe exempla quædam ſuaderent; quo factum, ut pluribus in locis receptam lectionem paululum immutarem, nullam aliam ob cauſam, niſi quod in præfixorum horum punctatione Maſoretas falli cenſerem; de quibus in *Addendis* lectorem monui, ut erratis his, ſiquidem errata ſunt, ſublatis, recepta lectio reſtituatur.

5. Errant in ſuffixis quæ levia vocant, pluralibus ſive maſculinæ ſive fœmininæ formæ apponendis, cum formis abſolutis ſemper adjungant, quæ prius in conſtructas immutandæ erant; nonnunquam etiam triſyllaba cum his affixis

* Utrumque ſine dubio licuit; id quod epiſcopo noſtro poſtea perſuaſum eſt, ut ex ejus *Addendis* conſtat.

adſtricta et coarctata, ſed liberior et ſolutior, graviorque, quæque majeſtatem ejus divinam, ac ſublime dicendi genus magis deceat, ubi non anxie artis minutiæ quæruntur. Sic habet etiam ſuam poeti-

affixis in diſſyllaba contrahenda ſunt, etiamſi in conſtructa forma ſyllabarum numerus ſervetur. Hinc ſyllabarum numerus in vocibus ſuffixa *hæc habentibus ſæpenumero ultra debitum augetur, verſuſque ex eo ruina neceſſario ſequitur. Sed nonnunquam hic etiam in lubrico res eſt, nec veram punctandi rationem certis ullis indiciis eruere potui, cum ſæpe accidat, ut hanc punctationem æque ac illam metrum patiatur, de quibus etiam in Addendis.* *

6. *In verborum etiam punctatione non raro erratum eſt, cum punctando unius conjugationis fecerint, quæ metrum docet eſſe alterius, nec non in* affixis *verbis adjungendis, quo ſyllabarum numerum ultra debitum auxerunt; cujus exemplum eſt* h *fœmininum, cum adjungitur futuro ſingulari, ſubſcripto* kamez, *et* ſegol *præeunte, ut Pſal.* 24. *p.* 2. jeconeneha, *pro* jeconenah.

7. *Cum punctationis auctores poeſeos Hebr. leges neſcirent, de licentiis poeticis dictis, quibus ſc. nulla poeſis carere poteſt, ne ſomniaſſe quidem videntur, ut ex eo, quod jahvoh, aſer, leca, plene ſcribant, cum metrum poſtulet jah, ſe, lac, liquet, et ex aliis contrahendi modis, de quibus altum apud eos ſilentium. Idem de modis voces producendi ſentiendum, unde factum, ut literæ parogogicæ exciderint, ubi metrum addi præcipit.*

8. *Quæ de Dageſ leni præcipiunt, licet ſyllabarum numerum non immutent, inepta tamen et falſa videntur, cum nemo ſanus credere poſſit, ut alia æque abſurda mittam, ex voce præcedente pendere, ut idem nomen proprium, nunc* Paddan, *nunc* Phaddan *pronuntietur; et quod ad literas* b, g, d, c, p, t, *attinet, veriorem illorum ſententiam putem, qui tres primas ſemper lenes, poſtremas vero tres ſemper*

* Hæc igitur lectori adeantur.

poeticam linguæ ingenio *accommodatam, ſed liberiorem et ſolutiorem, non coactam, et anxie tot pedum et carminum variis generibus, certoque longarum et brevium ſyllabarum diſcrimine, coarc-*

per aſperas eſſe volunt. Idemque de maccaph *cenſendum, de quo quæ docent, vel falſa ſunt, vel certe inutilia ad Hebr. poeſin intelligendam, cum ſyllabarum numerus, ex quo verſus unice pendet, idem ſemper invarie maneat.*

9. *Quæ de Dageſ forti docent, vix ſecum conſiſtere videntur : docent enim ſæpe ex literis* Schevatis *tolli accelerandæ pronuntiationis cauſa*; Scheva *tamen illud, quod alias poſt vocalem brevem quieſceret, eſſe vocale, adeoque ſyllabarum ejus omiſſione non imminui numerum; quod ſi hoc pacto idem maneat ſyllabarum numerus, fruſtra videtur Dageſ tolli. Exempla certe docent, hanc poſteriorem regulam non ſemper veram eſſe, ſed ſublato* Dageſh, *vocem quoque ſyllaba minorem fieri. Videntur quidem Maſoretæ Dageſ hoc pro arbitrio tollere vel ponere ; quæ enim juſta ratio reddi poſſit, cur contra analogiam tolleretur, niſi iis in locis, ubi metrum poſtulat, ut hoc pacto vox in pauciores ſyllabas contrahatur?*

10. *In periodis invicem diſtinguendis ſæpiſſime erratum eſt, magno cum poeſeos damno. In Pſ.* 95. *bis hoc modo inſigniter peccarunt. Primo enim, periodo ſeptimæ verſiculum primum ſequentis adtexuerunt, cum non eodem metri genere ſit ; ſecundo, duos ultimos pedes cum dimidio periodi nonæ, decimæ præpoſuerunt, quo periodi utriuſque metra graviter corruperunt. In hæc errata non incidiſſent, ſi in poeſi non fuiſſent prorſus imperiti. Cum ex his in punctando erroribus alii multi profluxerint, a veteri et vera legendi ratione hodiernos magiſtros immane quantum deſciviſſe, dubitari nequit; cum vero prava punctatione metro non officitur, a conſuetudine recepta in talibus punctandis recedendum non exiſtimavi.*

11.

coarctatam et veluti illigatam, (uti in Græca et Latina lingua fit,) ſed ad formam propemodum (uti dictum,) verſuum quos Itali vocant Sciolti, *et Græci μετρικα ατακτα, in quibus nec longarum*

11. *Præter hæc vero quæ generales punctandi regulas ſpectant, quas in multis fallere ex prædictis liquet, ſingulares quædam voces ſunt, in quibus ab illis perpetuo cum metri jactura erratum eſt. Hujus duo inſignia exempla ſupra adduxi in nomine tetragrammato, pro diſſyllabo triſyllabo ab illis ſubſtituto, et in ſamaim, quod in Pſalmis ſemper eſt diſſyllabum. His addi debent* on, *quod illis eſt,* aven, *et* yon, *quod punctis* yavon, *ſed in Pſalmis utrumque ſemper eſt monoſyllabum; idem etiam in* lemayan *factum, ſic enim illi punctant, quaſi eſſet triſyllabum, cum omnia in Pſalmis exempla oſtendant eſſe diſſyllabum, et legendum* limyan.

Atque hæc de punctatione Maſoretica dicta ſunto. Ex iis autem, (ut hoc obiter moneam,) quæ modo docuimus, et ſupra, p. 54. — 61. 150. — 153. ſponte ſua collegerit lector, tria eſſe, ex quibus numeri ſyllabarum, quæ in ſingulis vocibus continentur, certa cognitio pendet; *linguæ Hebraicæ* dico *ingenium, metrum, et punctationem Maſoreticam:* Horum ope numerus ſyllabarum, quibus voces conſtant, certo definiri poteſt. Id tantum obſervandum reſtat, ipſum *Lowthium*, quanquam hujuſce rei in lingua Hebræa cognitionem intercidiſſe, nec revocari poſſe, atque adeo, qui metricam Hebræam inſtaurare conatur, eum ædificium extruere, *cui fundamentum*, in quo nitatur, *plane deeſt*, loco ſupra memorato affirmet, alibi tamen, *locum eſſe valde probabili conjecturæ* concedit. An vero in hiſce, quæ ſecum pugnare videntur, ſatis ſibi conſtet vir doctiſſimus, lectori dijudicandum relinquam. Vide *Met. Lowth. confutat.* ad calcem hujus operis adjectam.

rum et brevium vocalium aut ſyllabarum diſcrimen, nec certus et conſtans pedum aut ſyllabarum numerus, perpetuo et eodem ſemper ordine recurrens, obſervatur. Quæ poeticæ ratio videtur ſimplicior, et linguæ genio *magis accommodata, quæ non facile admitteret anxiam et ſollicitam Græcorum atque Latinorum carminum artem et rationem, quin plurimum de ſenſus plenitudine, deque ſermonis gratia naturali et jucunda concinnitate decedat.*

Voſſius in libello de Poematum cantu et viribus rythmi: pag. 47. *Quamvis vel* ipſa hujus linguæ *(Græcæ)* natura *ſatis id oſtendere videatur, clarius tamen ipſum hoc evincunt, mores et priſca hujus gentis inſtituta, quibus propemodum ſanctum erat pleroſque vitæ humanæ actus ad ſonos revocare muſicos.* Et pag. 55. *Quod ſi hodiernas contemplemur linguas, clarius et certius etiamnum exhibebunt argumentum, unde colligere poſſimus,* pro vario gentium ingenio et indole, variam quoque a natura conformatam fuiſſe loquendi rationem. *Faſtum et ingenitam Hiſpanorum gravitatem horum quoque ineſſe ſermoni, facile quis deprehendet, ſiquis crebram repetitionem literæ A, vocalium longe magnificentiſſimæ, ac item prolixa illorum ſpectet vocabula. Sed et crebra finalis clauſula in* O *vel* OS *grande quid ſonat. Notandum tamen, id quod ſupra monuimus,*

cum

cum fortunis gentium mutari quoque ſermonem; unde, ut opinor, fit, quod hodierna Hiſpanorum ſcripta, et præſertim poëmata, licet multum argutæ vernilitatis, minus tamen pompæ et ornatus habeant. Unde etiam factum credo, quod citius multo quam olim loquantur, et aliquanto acutiorem, quam ſolebant, emittant vocem. Germanorum ut vaſta ſunt corpora, ita quoque vaſtus eſt ſermo. Plus ille ponderis quam majeſtatis habet, qua tamen non deſtitueretur, niſi illam infringeret ſyllabarum ipſas quoque fauces abradentium aſperitas, et frequens nimis conſonantium concurſus. Mollis et muliebris eſt omnino Anglorum lingua, cum litera A rariſſime, ητα *vero ubique fere utantur. Iſtam tamen mollitiem temperat multum ſyllabarum aſperitas, et conſonantium frequentia literarum. Gallorum ut fervens et volubile eſt ingenium, ita quoque neſcio an ulli mortales velocius loquantur. Si non robore, at ſaltem impetu cæteris eos præſtare gentibus, vel ipſe ſatis teſtatur ſermo, qui totus e bellicis et ferientibus conſtat vocabulis.* Vide etiam ſis pag. 131.

Huc etiam ſpectant, ad rei caput quod attinet, quæ *Bentleius* ille ſumma eruditione clarus in ΣΧΕΔΙΑΣΜ. de Met. Terent. habet, pag. 10. 17.

Quo magis eſt dolendum atque indignandum, jam a literis renatis pueros ingenuos ad Dactyli-

 ca,

ca, quod genus patria lingua non recipit, *ediſcenda, ferula, ſcuticaque cogi: Terentiana vero metra*, &c.

Jam vero id Latinis Comicis, qui fabulas ſuas populo placere cuperent, magnopere cavendum erat, ne contra linguæ genium *ictus ſeu accentus in quoque verſu ſyllabas verborum ultimas occuparent.*

Eodem pertinent quæ de Græcæ et Latinæ, æque ac Hebraicæ linguæ ratione diſſeruit *Lowthius* noſter in Prælect. de Sacr. Poeſ. Hebr. p. 31. 32.

Græcæ pariter ac Latinæ poeſeos hac in parte contraria eſt ratio; illic diligenter vitatur, quod hic ſtudioſe quæritur: utrumque ex linguarum natura atque ingenio. *Nam Græca lingua omnium maxime, et proxime illam Latina, multiplex eſt, numeroſa, volubilis, magnam habens pedum et metrorum varietatem; quorum tam certæ ſunt impreſſiones, tamque notabiles ictus, ut ſi vel verſus particulam aliquam mancam et imperfectam recites, vel plures ſimul verſiculos uno ſpiritu devolvas, numeri nihilominus clare percipiantur: adeoque in his univerſi carminis varietati ſine metrorum ſingulorum injuria ac diſpendio, pene ut libet, licebit conſulere. In Hebræa vero lingua contraria eſſe his omnia videntur: Nam* univerſa ejus conformatio omnium maxime

eſt

eſt ſimplex; *primæ vocum formæ uniuſmodi ſunt et inter ſe fere ſimiles; earumque nec multæ nec admodum diverſæ flexiones: ex quibus ſatis intelligitur, ejus etiam numeros* nec varios nec multiformes *fuiſſe; ſed potius* ſimplices, temperatos, graves, *non tam ad mobilitatem, quam ad dignitatem et pondus compoſitos: ut forſan neceſſe habuerint verſiculorum ſpatia ſententiarum reſpirationibus diſtinguere, ne implicata et permixta inter ſe carmina penitus obruerentur.**

Idem auctor pag. 43. ad rem noſtram appoſite:

Sua cujuſque linguæ eſt indoles et ingenium, *ex quo pendet univerſa carminis ratio, et magna eſt parte etiam ſtyli poetici color.*

Agmen claudat *Trappius* noſtras, qui in Prælect. 4. de Stylo Poetico hiſce verbis utitur:

Neque linguæ Latinæ et Græcæ ſolummodo convenit, *quod Stylus Poeticus nudæ orationi tam ſit diſſimilis, et tot eloquii diſcrimina ſibi propria habeat, ſed* omnibus linguis *idem accidit; tam* hodiernis, *quam* antiquis, *tam* noſtræ Anglicanæ, *quam* aliis.

Ex

* Vide *Met. Lowth. confutat.* ubi hæc et quædam a noſtro in Met. Har. brevi confutatione allata nequaquam inter ſe cohærere, oſtenditur.

Ex hiſce teſtimoniis diſcimus,

I. *Suam cuique linguæ indolem eſſe et ingenium*, (id quod neceſſario concedendum eſt,) et proinde linguæ ipſius, cum de metro agatur, rationem omnino habendam; et cumprimis videndum eſſe, *Quid valeat* genius, *quid ferre recuſet:*

II. Eam eſſe linguæ Hebraicæ indolem, ut nonniſi *metrum ſimplex*, *temperatum*, *grave*, recipere poſſit.

Ut rem paucis abſolvam, aliæ linguæ ita comparatæ ſunt, ut pedes rhythmicos, quos vocant, aliæ vero, ut ſolos pedes *metricos* * pati poſſint. Ex pedibus autem *rhythmicis*, ut omni-

* Pedes rhythmici, ut omnes norunt, ſyllabis longis brevibuſque conſtant, atque in duas partes, ſive in *Arſin* et *Theſin*, certam quandam ad ſe invicem habentes rationem diſtribuuntur; * proindeque, cum omnis ratio, ſeu proportio, aut æqualis, aut inæqualis ſit, hujuſmodi pedes aut *pares*, ut *Dactylus*, aut *duplices*, ut *Iambus*, aut *ſeſcuplices*, ſeu *ſeſquialteri*, ut *Pæon*, aut denique *ſeſquitertii*, ut quatuor επιτριτοι ποδες,

A. T. A. T. A. T. A. T.
ſăcērdōtēs, cōmprŏbāvīt, nūtrītiĭ, cīrcūmſpēxĭt, appellantur.

Sunt hi, ut verbis *Quinctiliani* utar, Inſtitut. Orator. lib. 9. cap. 4. † *et metrici pedes:* quemadmodum eos *Clericus*

* *Adi ſis* Voſſium *de poemat. cantu &c.* p. 11. 12.

† *Qui ſtatim etiam docet, quatenus* pedes rhythmici *et* metrici *inter ſe diſcrepent. Huc refer ea, quæ a* Longino *in Fragment. de* rhythmi *et* metri *differentia dicuntur.*

omnibus probe notum eſt, longe major carminum varietas, atque adeo poeſis cultior atque ornatior, quam ex pedibus *metricis* oritur. Cum poeſis *metrica* ſummatim ſpectata nullas alias, niſi quæ ex majore aut minore ſyllabarum numero enaſcuntur, verſuum varietates exhibere poſſit.

Quæ cum ita ſint, tota viarum regione ſine dubio errarunt Hiſtorici noſtri, qui, quales numeri Hebraici eſſe debeant, non, prout factum oportuit, ex linguæ ipſius indole, ſed ex poeſeos Hebraicæ ſenſibus, imaginibus, &c. ſtatuere aggreſſi fuerint; eandemque in illis abſolutionem perfectionemque deſiderent, quam poſtea Græca et Latina poeſis conſecuta eſt. *Falluntur viri docti*, ut verbis *Clerici* ſupra

Clericus ſupra vocat, pag. 80. et ſeqq. Per *metricos* autem *pedes*, ejuſmodi pedes hic volo, quibus, in carminibus noſtris Anglicanis, aut Gallicis, aut Hiſpanicis, &c. dimetiendis, utimur; nimirum, qui duabus tantum ſyllabis, nulla omnino quantitatis ratione habita, conſtant: * Metricos appello, quod verſus in poeſi Hebraica ex mero ſyllabarum numero pendeat, atque adeo in ſolo μετρῳ, *menſura*, *dimenſione*, ſive *longitudine*, majore aut minore ſitus ſit. Qua de cauſa, *Harius*, opinor, poeſin Hebraicam *metricam* appellat, Prolegom. in Pſalm. pag. 25.

* —— *ut vere*, inquit Voſſius, *de hujus ſeculi verſibus dici poſſit, illos* uno tantum pede *decurrere*. —— De poemat. cantu et viribus rhythmi, p. 33.

ſupra laudatis, levi facta mutatione, utar, *quod miſceant venuſtatem rerum ipſarum cum* venuſtate numerorum. *Alia rerum, alia* numerorum venuſtas. Proleg. in Pentateuch. p. 11. Profecto ex linguæ ſanctæ ingenio, non vero ex ſenſuum ſublimitate, metaphorarum atque imaginum poeticarum pulchritudine, de metro Hebr. judicium ferendum eſt.

Quod ad *Clerici*, aliorumque quorundam, *Garofali*, *Fourmontii*, &c. hypotheſin attinet, valde quidem illis aſſentior, qui vanam prorſus et ineptam eſſe arbitrantur: nihilo tamen minus metris illis longe inſulſiſſimis atque infrunitiſſimis, quæ hiſtorici noſtri auſpicio malo excogitarunt, multo anteponendam eſſe, exiſtimaverim. Verum de his agemus mox.

At noſtri pergunt: *Quod multo etiam magis de numeris iſtis lentis atque invenuſtis, διτόνοις ſolis pedibus conſtantibus, quos epiſcopus noſter eruditus in eorum locum ſubrogavit, dicendum eſt:* hoc eſt, ſi eorum mentem recte intelligo, "Multo eſſe iniquius, artem poeticam, quæ, "præſtantiorem ejus partem quod attinet, "&c. (Vide ſupra pag. 41.) nihilo tamen "minus a metris ſuis talem eſſe, &c. (Vide "ibid.) qualem eam *Harius*, quam talem eſ"ſe ſtatuere, qualem eam *Clericus*, aliique "quidam critici effecerunt:" Hoc quidem non

non poſſum quin magnopere mirer, cum comparatione inſtituta, *Clerici* metricen *Hariana* cum ſimpliciorem, tum rudiorem eſſe, facile conſtaret: Quod quidem temerarii illi *Harii* cenſores, (ne quid gravius dicam,) ambabus diligenter perpenſis, noluerint, voluerint, ſenſiſſent neceſſe eſt. Niſi forſan *Clericanam* eo magis ad perfectionem accedere putarint, quod verſus Hebraicos eodem ſono deſinere ſtatuat: Quod tamen vix credideris, cum quod illi ipſi hoſce verſus ομοιοτελευτȣς flocci facere videantur, tum quod inter doctos pleroſque * conveniat, ομοιοτελευτα adeo non ad poetices perfectionem contuliſſe, ut ſublimitati qua dictionis, qua conceptuum ſummopere obſint. Quin metra Hebraica, juxta ſuam hypotheſin, longe ſimpliciſſima atque imperfectiſſima fuiſſe, ipſe *Clericus* diſerte teſtatur: *Hæc cum ita ſint, nemini mirum videbitur, ſi aſſerimus, poeſin Hebraicam nonniſi in verſibus* ομοιοτελευτοις, iiſdemque valde irregularibus *conſiſtere. Indoles linguæ Hebraicæ, ut videmus, aliud verſuum genus reſpuit; neque difficulter concipimus, Hebræos*

* Vide, ſis, inter alios, *Voſſium* in libello ſæpius a nobis memorato, p. 24. — 29. Ομοιοτελευτα Romanis vehementer diſplicuiſſe, atque *inepta* et *puerilia* tunc temporis habita fuiſſe, teſtatur etiam *Aul. Gellius*, Noct. Attic. lib. 18. cap. 8.

bræos nationem parum cultam, non multum curaſſe, ut carmina ſua ad regulas artis formarent, quod Arabes et Rabbini poſtea fecerunt. Diſſertat. Crit. de Poeſ. Hebr. pag. 2. —— Et paulo poſt, pag. 3. *Poſſet forte aliquis objicere,* " hos non tam eſſe verſus, quam ora-" tionem ſolutam, verbis in eodem ſono ali-" cubi deſinentibus, cum dimenſio non ſit " æqualis:" *Ne vero de vocibus litigemus, reſpondemus, ab initio hanc poeſin* (Arabicam) *aliam non fuiſſe; id quod conſtat ex verſibus* Ali *aliorumque poetarum Mahometo contemporaneorum, quorum ſcripta apud Arabes adhuc ſuperſunt. Cum vero gens Arabum longiſſimo tempore ab aliis diviſa fuerit, ita ut nulla peregrinatio in Arabiam penetraret, exiſtimamus eorum conſuetudines antiquiſſimas fuiſſe, quo primum tempore exteris innotuerunt. Licet enim poeſis illorum ſero demum ad noſtram notitiam pervenerit, minime inde ſequitur, novam eſſe atque nuperam. Neque mirum videri debet,* iſtam poeſin per multa ſecula valde imperfectam fuiſſe, *cum populi iſti ea ætate ſtudia, artes, atque ſcientias ignorarent.*

Nonnullis deinde interjectis,

Si quis jam quærat, cuinam poeſeos generi Hebraica ſit ſimillima, reſpondemus, veteri Arabum poeſi.

Neque

Neque quæ infra habet, pag. 4. prætermittenda:

Raro verſus ſunt æque longi. Nimirum videtur, Hebræos de hac re plane non fuiſſe ſolicitos: *ubi duo verſus ejuſdem menſuræ ſeſe ſponte obtulerunt, eos non rejecerunt, at æqualitatem iſtam menſuræ* non quæſiverunt, *Quod oſtendit, Poeſin illorum non fuiſſe elegantiſſimam.*

Quod autem noſtri *metra διτονα, lenta atque invenuſta* præſuli eruditiſſimo exprobraverint, eodem ſane jure, pulcherrima quæque carmina Anglicana *pedibus διτονοις lentis atque invenuſtis*, conſtare, quiſpiam dixerit, quo metra *Hariana*. Quid enim? numquidnam, ut pauca exempla proferam, verſibus iſtis *Gayii* noſtri elegantius atque concinnius dici poteſt, aut concipi?

Remóte from cíties lív'd a ſwáin,
Unvéx'd with áll the cáres of gáin:
His héad was sílver'd o'ér with áge;
And lóng expérience máde him ſáge.
&c. &c.

Veruntamen hæc ipſa carmina, ut ſunt pulchra, numeros quod attinet, atque elegantia, pedibus hiſce διτονοις tota conſtant, ut quivis, lectis iis, ſtatim ſentiet: Nimirum, in paribus locis 2do 4to &c. adtollenda eſt vox; in imparibus, 1mo 3^tio^ &c. ſubmittenda: ſeu potius,

us, ut accuratius dicam, in illis vocem noſtram ultro erigimus, in his ſponte naturæ deprimimus. * Eadem de verſibus illis *Addiſoni* noſtri, quibus Epiſtola ad virum honoratiſſimum, comitem de *Halifax*, libel. peregr. præmiſſa inchoatur, modulatione longe ſuaviſſima aures mulcentibus, dici poſſunt:

While yóu, my Lórd, the rúral ſhádes admíre,
And fróm Británnia's públic póſts retíre;

Verum neque in hoc, neque in alio quovis poemate, has leges perpetuo ſervari, videre eſt: (quæ tamen cum magno modulationis detrimento, et nonnunquam exitio, violantur; cum harmonia multo ſuaviſſima ex accentibus acutis vel in ſingulis imparibus ut in hiſce verſibus, vel in paribus locis, quomodo in aliis fit, ponendis oriatur:) Nunc enim in imparibus, nunc tum imparibus, tum paribus, pro re nata, ictus fiunt: Plerique tamen omnes pedes duos tonos habent. Exempla ſunto verſus, qui hos proxime excipiunt:

Nò *lón*gèr hèr ùn*gráte*fùl *ſóns* tò *pleáſe*,
Fòr *théir* àd*ván*tàge *ſá*crì*fíce* yoùr *eáſe*,

Me

* Non abs re fuerit obſervare, hoſce *Gayianos* verſiculos ad Trochaicos *Harianos* quam proxime accedere: Nempe, hoc tantum intereſt, quod in his, contra atque in illis fit, acuti accentus impares, graves pares locos occupent.

Mé ìntò *fóreìgn* *reálms* my` *fáte* cònvéys
Thròugh *nátiòns* *frúit*fùl òf ìm*mórt*àl *láys:*
Whére thè ſòft *ſéa*ſòn ànd ìn*vít*ìng *clíme,*
Còn*ſpíre* tò *tróu*blè yoùr rè*póſe* wìth *rh'yme.**

In diſticho illo celeberrimi *Drydeni* noſtri omnibus fere decantato,

Thè *wíſe* fòr *cúre* òn *éx*èrcìſe dè*pénd*;
Gòd *név*èr *máde* hìs *wórk* fòr *mán* tò *ménd.*

verſus in paribus locis elevantur; excepto quod in priore accentus gravis locum octavum occupet, accentu proſaico, quem vocant, ita poſtulante.

Agmen claudant duo *Denhami* carmina omnibus nota:

Thò' *déep*, yèt *cléar*, thò' *gén*tlè, *yét* not *dúll*,
Stróng wìthoùt *ráge*, wìthoùt o'èr*flów*ìng *fúll.*

Ictus in hoc poſteriore, inquit eruditiſſimus *Bentleius*, *qui in ſecunda ſyllaba fieri ſolet, in prima fit*. ΣΧΕΔ. de Met. Terent. pag. 11.

Atque hæc de prima objectione dicta ſufficient. Pergamus itaque ad ſecundam, quam, continuata orationis ſerie, huic ſic attexuerunt noſtri: — " Maxime vero,

" 2.

* In his exemplis, ut videt lector, ſyllabas acutas et graves, non tantum notis appoſitis diſtinxi, ſed etiam, quo magis a ſe invicem dignoſcerentur, diverſo charactere, priores nempe, *Italico* dicto, poſteriores Latino, exprimendas curavi.

" 2. Alio quodam, quod adfirmat præſul, " ſimul expenſo, illam (poeſin Hebraicam,) " brevium et longarum ſyllabarum diſcrimen " non recipere, univerſis indiſcriminatim ad- " hihitis, prout carminis ratio, cujus nullam " aliam, niſi Trochaici et Iambici, eſſe varie- " tatem, illic ſtatuitur, poſtulaverit. Hoc " enim conceſſo, ſatis tuto cum poeta affir- " mare poſſumus, *nil non verſum futurum*; " nullamque per totum vetus teſtamentum a " libro Geneſeωs ad vaticinium Malachiæ, ne " dicamus in ullo alio libro alia quavis lingua " conſcripto, periodum extare, quam, hac ra- " tione, in metra reſolvere non liceret: Quod " ut experimento probetur, ſi vel levem iſ- " tum laborem ſuſcipere lector in animum " induxerit, quem nos, totum precum com- " munium librum vel Anglice, vel Latine, " vel denique Græce, in ejuſdem generis ver- " ſiculos metrice dividere facile poterit, et " quidem, nullis illis crebris mutationibus, " quas in textum Hebraicum inferre vir reve- " rendiſſimus coactus eſt.

" Sed et hiſce addere poſſumus, ſyllabarum " quantitatem, ad illorum, quæ recitantur, " vel decantantur, ſententiam certo definien- " dam, multis in cauſis, tam manifeſto poſtu- " lari, ut nequaquam fieri potuit, ut nul-

"lam omnino ejus rationem vates ſacri ha-
" berent."

Hæc iterum contra hypotheſin *Harianam* noſtri; et quidem, pro more ſuo, ſatis fidenter: quæ vero omnia non modo gratis dicta, ſed prorſus falſa ſunt, ut mox patebit.

Nam quod garriunt noſtri, " ſi conceſſum " fuerit, ſyllabarum quantitatem in poeſi He- " braica parum curari, nullamque aliam, niſi " Trochaici et Iambici, obtinere carminis va- " rietatem, *nihil non verſum futurum*," idem, mehercle, et eodem jure, contra hypotheſin objici poſſet, quæ ſtatuerit, " Nullam in poeſi " Anglicana brevium et longarum ſyllabarum " diſcriminis haberi rationem, nullamque a- " liam in verſibus, præterquam Trochaicorum " et Iambicorum varietatem, obtinere:" Quæ tamen veriſſima ſunt, et ab omnibus pro exploratiſſimis habita. Quænam igitur hæc ratiocinatio? Metrica *Hariana* ſyllabarum quantitatem nihil moratur, et duo tantum verſuum genera, Iambicum ſcil. et Trochaicum, eſſe ſtatuit: Ergo, juxta hanc hypotheſin, *nihil non erit verſus*. Ex principiis, quibus cl. *Clerici* poeſis ομοιοτελευτος innititur, hoc conſectarium recte deduci, facile conceſſerim, et jam ſupra oſtenderim, pag. 11. Nihilo vero magis ex iis, quibus *Hariana* ſuperſtructa eſt,
quam

quam ex Anglicanæ poeſeos indole atque ingenio enaſcitur. Neque enim in Anglicana, neque in poeſi Hebraica, ex metrices hujus legibus, uti ſupra obſervatum eſt, " Numerus " ſyllabarum ſolus per ſe verſum efficit:" Id quod ſemper fieri oportet, ut recte procedat noſtrorum ratiocinatio. Ad verſiculos legitime conſtituendos alia quædam, ut in Anglicana, ita in Hebraica poeſi, ſecundum *Harium*, requiruntur; ut omnes norunt, qui ejus hypotheſin paulo diligentius expenderint. Quod cum vel luce meridiana clarius ſit, hinc optimo ſane jure collegerit quiſpiam, aut hiſtoricos noſtros hypotheſin, quam minus intelligebant, carpſiſſe, aut ea, quæ in clariſſima luce collocata oportuit, vel negligentia et incuria non animadvertiſſe, vel (quod tamen credere nolim), certis quibuſdam rationibus adductos mala fide occultaſſe, atque diſſimulaſſe. Quoquomodo autem ſe res habet, certo certius eſt, noſtros, in hoc ſecundo objecto, pro ratiocinatione firma atque ad artis regulas accurate exacta, (qualem a quovis paulo eruditiore jure noſtro expectare videmur,) turpem paralogiſmum lectoribus obtruſiſſe *.

Nihil

* *Alterum quod venerationem ſcriptoribus —— conciliare poſſit, dixi eſſe eruditionem; quæ eſt rerum, diſpoſitionis,*

Nihil eſt igitur, ut videmus, quod *Hario* noſtro metuamus, ex eo quod nullam in poeſi Hebraica habitam eſſe quantitatis rationem, duoque tantum verſuum genera a vatibus ſacris uſurpata contendat: His enim conceſſis, id neutiquam conſequens erit, " *nihil non verſum futurum*;" " nullamque per totum vetus teſta-" mentum a libro Geneſeως, ad vaticinium " Malachiæ, ne dicamus in ullo alio libro alia " quavis lingua conſcripto, periodum extare, " quam, hac ratione, in metra reſolvere non " liceret."

At

ſitionis, et verborum, ut omnes norunt. De illorum autem eruditione, non ex fama, quæ fallax ſæpe eſt, ſed ex rebus ipſis, hoc eſt, eorum ſcriptis, judicare debemus. Videndum, an multa utilia noverint, quorum cognitio nonniſi ab ingenio acuto, aut longo labore comparari poſſit; an ſciant eruditione ſua uti, hoc eſt, recte ratio cinari ex iis, quæ vera eſſe compererint, eaque adcurato ordine diſponere; an quæ noverint, poſſint ita exprimere, ut lectores doceant, delectent, an flectant, aut certe perſpicua cognitione rerum, quas deſcribunt, illuſtrent. Alioqui, ſi nec res ipſæ magnam eruditionem redoleant, nec ratiocinationes firmæ ſint, nec ordo earum commodus, nec dictio perſpicua aut elegans, non video quid mirari in illis poſſimus, et magnis laudibus extollere.

Hodie eruditus nemo haberi queat, qui vulgaria tantum proferat, qui recte ratiocinandi regulas paſſim perfringat, qui nullo ordine utatur, qui nullam ſtyli, aut certe perſpicuitatis rationem habeat; nec intelligo cur velimus eruditionis laudem illis tribuere, in quorum ſcriptis hæc omnia animadvertere licet. Cleric. Epiſt. Crit. 4. p. 102.

At pergunt noſtri: *Quod ut experimento probetur, ſi vel levem iſtum, quem nos ſuſcepimus laborem, ſuſcipere voluerit lector*, &c. (Vide p. 108.) Confectarium ſuum, quo magis ejus lectoribus fidem faciant, utpote experimentis comprobatum venditant: ſe expertos loqui prædicant: quin et alios quoſvis, facto periculo, idem quod illi, ipſa re experturos, quovis pignore contendere non verentur.

Ex hiſce, ni fallor, ſatis ſuperque conſtat, hiſtoricos noſtros in errore modo memorato verſatos eſſe: Nimirum, hypotheſin *Harianam* certum tantum ſyllabarum numerum, vel parem, vel imparem, ad verſus conſtituendos poſtulaſſe exiſtimarunt. Quod tamen ſi verum eſſet, vix aut ne vix quidem, in eorum ſententiam pedibus irem: haud ita facile concederem, *nihil non*, hac ratione, *poeſim futurum*, ſingulaque in quovis ſcripto commata inventum iri *carmine ſcripta*; aut fore, ut quivis, levi opera adhibita, omnia, quæcunque tandem fuerint, ſcripta, etiam quæ maxime videntur eſſe a ratione carminis aliena, (id quod noſtri ſua fide promittunt,) in metra *Hariana* reſolvere poſſet. Cum vero longe aliter res ſeſe habeat, uti ſupra oſtendimus, auſim affirmare, (quod etiam expertus loquor,) plane αδυνατον eſſe, ſalvis principiis, quibus *Harii* metrica

metrica nititur, ullum ex proſaicis veteris teſtamenti libris, (immo vel unicam periodum, aut comma,) nedum ullum alium librum alia quavis lingua conſcriptum in verſiculos metrice dividere.

Verum noſtri, ne quid diſſimulemus, non ſoli, aut primi, hac in parte, errarunt; ut colligere eſt ex iis, quæ habet vir doctiſſimus *Richardus Greyius*, ſemel atque iterum a nobis appellatus, in Prolegom. in librum Proverb. pag. 2. 3.

" Conſtat, *inquit*, eſſe qui putent, quodvis " veteris teſtamenti caput, ea licentia, quam, " in Pſalmis metrice dividendis, ſibi indulſit " *Harius*, permiſſa, in metrum reſolvi poſſe." Quibus ita reponit vir eruditus: " Ægrius " forſan atque hi volunt, hoc effectum dede- " ris. Ego certe, ut verum fatear, experimen- " tis iterum et ſæpius factis, rem ita eſſe, ne- " quaquam comperi." Tum quæ ſupra laudavi, pag. 36. profert: " Numerus ſyllaba- " rum ſolus per ſe verſum non efficit: Ad " hunc rite conſtituendum illa etiam poſtu- " lantur omnia: ut, nimirum, apte dividatur " periodus; ut accentus in locos legitimos " cadat; ut denique ſententia ipſa cum verſu " finiatur." Deinde ita pergit: " Quæ qui- " dem vix uſquam, niſi in illis S.Scripturæ locis,

“ qui ex confeſſo poetici ſunt, neque in illis
“ quidem, una eademque ratione, ubique con-
“ currunt. Longe difficilius eſſe certos quoſ-
“ dam Pſalmos in metra ſupradicta reſolvere,
“ quam alios, cumprimis manifeſtum eſt.”

Tantum igitur abeſt, ut, metrica Hariana admiſſa, libros proſaicos veteris teſtamenti in metra αναλυειν in proclivi ſit, ut in ipſis libris poeticis difficilius nonnunquam hoc effectum reddas.

Sed ut ad illa tandem veniam, quibus hoc ſecundum objectum claudere noſtris viſum eſt, *Syllabarum quantitas*, inquiunt illi, *ad illorum, quæ recitantur, vel decantantur, ſententiam certo definiendam, multis in cauſis, tam manifeſto poſtulatur, ut nequaquam fieri potuerit, ut nullam omnino ejus rationem vates ſacri haberent:* Quibus nihil unquam audivi, quod ſciam, inſcitius dictum; nihil, quod a vero longius abſit: Nam, ut paucis dicam, libenter a noſtris quæſiverim, an in Anglica noſtra, aut alia quavis lingua hodierna, hoc unquam uſu venit? An eorum, quæ recitantur, aut decantantur, mentem certo aſſequi, niſi quantitatis ope, non licet? Profecto qui hoc affirmare ſuſtinuerit, is ſit neceſſe eſt, qui quid dixerit, nihil penſi habeat: cum nullus omnino neque in hodiernis, neque in lingua Hebraica,

(cujus

(cujus quidem, ad rem, de qua nunc agitur, quod ſpectat, eadem eſt ratio,) inter vocum quantitatem, et vim certo definiendam, nexus intercedat.

Ac de ſecunda noſtrorum objectione hactenus: Ad tertiam igitur pergam, ſi prius obſervavero, ſatis jam conſtare, illa non temere, neque inconſulte a me dicta, pag.40. "Noſ-"tros ſcil. neque præſulis eruditiſſimi hypo-"theſin ſatis expendiſſe, neque linguæ He-"braicæ indolem perſpectam habuiſſe:" Prius enim manifeſtum eſt, non tantum ex eo quod certum ſyllabarum numerum verſum unice conſtituere, ſed etiam quod poeſeos Hebraicæ naturam ex muſica quodammodo pendere, ſtatuerint. Quam ſententiam *Harius* ipſe convellit, et penitus evertit in Prolegom. ad Pſalm. quæ proinde noſtros oſcitanter evolviſſe, (ſi quidem evolverunt,) manifeſto conſtat. Integrum paragraphum legiſſe, neminem, ſi quid judico, pœnitebit: Quocirca illum, qualis in Prolegom. habetur, lectori ob oculos ponam:

Cum jam de Hebr. poeſi prolixe egerim, nexus ille, qui inter poeticam et muſicam intercedit, poſcit ut de illa etiam, muſicisque Hebræorum inſtrumentis aliquid dicatur. Et antiquis quidem temporibus artes hæ tam arcte invicem conjunctæ

videntur, ut alteram alterius opem mutuo deſideraſſe merito credatur; unde factum, ut multi putarint, Hebr. poeſim non eſſe metricam, ſed μȣσικον τι, *eorumque carmina ad muſicam ita accommodata fuiſſe, ut quodlibet periodi membrum certo vocum et ſyllabarum numero, pro diverſa ratione melodiæ, contineretur. Quam ſententiam validiſſime convellit doctiſſ. Carpzovius, de libris S S. poeticis, ubi acute vereque obſervat, intrinſecam poeſeos ſive carminis rationem non ex ſolis muſicæ ſeu melodiæ legibus conſtitui, nec ex iis æſtimari debere, quanquam externæ verſuum affectiones cantui ſæpe accommodentur. Clarius dixiſſet,* poeſeos ratione muſicam externum quid eſſe, neque ejus naturam conſtituere, *licet olim uſu fuerint intime invicem innexæ. Dudum certe altera ab altera ſeceſſum fecit, adeo ut poetæ optimi nihil de muſica intelligant, et, vice verſa, muſicæ peritiſſimi poeſim tamen ne primis labris deguſtarint. Et antiquiſſimis etiam temporibus dubitari nequit, quin carmina eſſent, quæ nunquam in more fuit decantari, qualia omnium conſenſu Solomonis proverbia, ut alia taceam.* Nihil igitur opus eſt, ut ad poeſeos Hebr. naturam intelligendam, eorum quoque muſica inveſtigetur. *Profecto ſi res ita eſſet, de poeſi Hebr. inſtauranda merito deſperandum eſſet, cum nihil certius ſit, quam muſicam eorum prorſus neſciri,*

neſciri, nec ulla jam ſubſidia ſuperſint, quibus in ejus genium atque indolem feliciter inquiri poſſit. Neque ſane quiſquam hujus vel minimam ſpem animo conceperit, qui reputarit, quam penitus hodie ignota ſit celeberrima illa Græcorum muſica, quamvis non modo extent tot præclara poeſeos eorum monumenta, quæ ad muſicos quoſdam modos ſemper recitari ſolerent, ſed etiam antiquæ muſicæ ſcriptores plures etiamnum ſuperſint, qui muſicæ iſtius elementa tradiderunt.

Quod ad poſterius attinet, ſi dixero linguæ Hebraicæ indolem illis parum eſſe cognitam, qui ſyllabarum brevium et longarum diſcrimen in ſacra poeſi locum obtinuiſſe contendunt, omnes, ni fallor, qui in linguæ ſanctæ ſtudio gnaviter verſati fuerint, adſentientes habebo. Vide quæ de hac re ſupra diximus, pag. 44. 45. et ſeqq. necnon teſtimonia a nobis allata, pag. 150. 151. 152. et ſeqq.

" Tertio autem, neque poetas, neque mu-
" ſicos, a Moſe uſque ad Davidem in varia
" metrorum genera rebus diverſis, de quibus
" in Pſalmis agitur, accommodata incidiſſe,
" contra vero, Pſalmos pœnitentiales, quibus
" nihil, ad dictionem quod attinet, gravius,
" nihil ſolennius eſſe poſſit, eodem feſtivo
" gradu, quo euchariſtici, encænici, epitha-
" lamii, aliique ad lætitiam magis compoſiti,

" incedere; Davidemve peccata ſua occulta " deplorantem, eorundemque veniam impe- " trantem, reſultantes illos numeros Anacre- " onticos, quibus de montibus ad inſtar arie- " tum, et collibus in modum agnorum ſub- " ſilientibus agens utitur, adhibuiſſe, *credat* " *quicunque vult.*"

Hic autem rurſus a noſtris quæſiverim, cur poetis *muſicos* aſcripſerint? cum, ut omnes norunt, horum non ſit, artem poeticam callere aut carmina ſcribere, nedum nova metra excogitare, ſed duntaxat carmina a *poetis* condita, variaque verſuum genera ab hiſce adhibita, apte et ſcienter ad muſicam accommodare. Sed illuc redeo.

Hoc noſtris perſuaſiſſimum eſſe videtur, " fieri non potuiſſe, ut vates ſacri in metris " ſuis nullam varietatis rationem haberent, " neque ad varietatem rerum, de quibus in " ſcriptis ſuis egerint, varia quoque carmi- " num genera quodammodo aptarent."

Ut anſa trahit anſam, quod vulgo dicitur, ſic error parit errorem. Syllabarum brevium et longarum diſcrimen in poeſi Hebraica locum obtinuiſſe, noſtri, ut jam vidimus, ſtatuerunt. Hoc poſito, facile adducti ſunt ut crederent, multiplicem eſſe verſuum varietatem. Eam autem eſſe linguæ Hebraicæ indolem,

lem, ut brevium illud et longarum, quod in Græca et Latina obtinet, diſcrimen reſpuat, fuſe ſupra oſtendimus: Everſo igitur fundamento, hoc, quod illi ſuperſtruitur, ruat ac concidat neceſſe eſt.

Sed ita comparata fuerit lingua ſancta, ut omnia verſuum genera, quæ apud Græcos et Latinos poetas occurrunt, recipere poſſet, haud tamen eſſet, cur putaremus, multiplicem iſtam carminum varietatem a vatibus ſacris adhibendam fuiſſe, ut noſtri volunt, quo numeri rebus melius convenirent; cum, ut vel pueri ſciunt, apud ſingulos poetas tum Græcos, tum Latinos, moris ſit, de rebus diverſis, immo vel maxime inter ſe oppoſitis, uno eodemque carminis genere paſſim agere: Varii et contrarii animi affectus, ira, metus, dolor, gaudium, ſpes, deſperatio, &c. res adverſæ, res proſperæ, res pacatæ, res turbulentæ, res lætæ, res funeſtæ, &c. eodem metro depinguntur. Infinitus plane eſſem, ſi omnia, quæ in hanc rem adduci poſſent, exempla recenſere vellem. Pauca itaque ex poetis celeberrimis deſumpta ſufficiant. *Homerum* illum, poetarum omnium ſæculorum facile principem, rem, de qua agitur, ſono et numerorum fluxu rarius expreſſiſſe, quis, qui paulo diligentius eum legerit, ignorat?

Iliad. X. Verſ. 416. et ſeqq. v. 431. et ſeqq. v. 477. et ſeqq. *Hectorem* ab *Achille* occiſum ſic lugent *Priamus*, *Hecuba*, et *Andromache*:

Priamus.

" Σχεσθε, φιλοι, και μ' οιον εασατε, κηδομενοι περ,
Εξελθοντα πολιος, ικεσθ' επι νηας Αχαιων·
Λισσομαι ανερα τουτον ατασθαλον, οβριμοεργον,
Ην πως ηλικιην αιδεσσεται, ηδ' ελεηση
Γηρας· και δε νυ τωδε πατηρ τοιοσδε τετυκται
Πηλευς, ος μιν ετικτε και ετρεφε, πημα γενεσθαι
Τρωσι· μαλιστα δ' εμοι περι παντων αλγε' εθηκε·
Τοσσους γαρ μοι παιδας απεκτανε τηλεθαοντας·
Των παντων ου τοσσον οδυρομαι, αχνυμενος περ,
Ως ενος, ου μ' αχος οξυ κατοισεται αϊδος εισω,
Εκτορος· ως οφελεν θανεειν εν χερσιν εμησι·
Τω κε κορεσσαμεθα κλαιοντε τε, μυρομενω τε,
Μητηρ θ', η μιν ετικτε δυσαμμορος, ηδ' εγω αυτος.

Hecuba.

Τεκνον, εγω δειλη τι νυ βειομαι, αινα παθουσα,
Σευ αποτεθνειωτος; ο μοι νυκτας τε και ημαρ
Ευχωλη κατα αστυ πελεσκεο, πασι τ' ονειαρ
Τρωσι τε και Τρωησι κατα πτολιν, οι σε, θεον ως,
Δειδεχατ'· η γαρ κε σφι μαλα μεγα κυδος εησθα,
Ζωος εων· νυν αυ θανατος και μοιρα κιχανει.

Andromache.

Εκτορ, εγω δυστηνος· ιη αρα γεινομεθ' αιση
Αμφοτεροι, συ μεν εν Τροιη Πριαμου κατα δωμα,

Αυταρ

Αυταρ εγω Θηβησιν, Υποπλακω υληεσση,
Εν δομω Ηετιωνος· ο μ᾽ ετρεφε τυτθον εουσαν,
Δυσμορος αινομορον· ως μη ωφελλε τεκεσθαι.
Νυν δε συ μεν αϊδαο δομους υπο κευθεσι γαιης
Ερχεαι, αυταρ εμε στυγερω ενι πενθεϊ λειπεις
Χηρην εν μεγαροισι· παϊς δ᾽ ετι νηπιος αυτως,
Ον τεκομεν, συ τ᾽ εγω τε, δυσαμμοροι· ουτε συ τουτω
Εσσεαι, Εκτορ, ονειαρ, επει θανες· ουτε σοι ουτος.
Ηνπερ γαρ πολεμον γε φυγη πολυδακρυν Αχαιων,
Αιει τοι τουτω γε πονος και κηδε᾽ οπισσω
Εσσοντ᾽· αλλοι γαρ οι απουρισσουσιν αρουρας.
Ημαρ δ᾽ ορφανικον παναφηλικα παιδα τιθησι·
Παντα δ᾽ υπεμνημυκε, δεδακρυνται δε παρειαι.
Δευομενος δε τ᾽ ανεισι παϊς ες πατρος εταιρους,
Αλλον μεν χλαινης ερυων, αλλον δε χιτωνος·
Των δ᾽ ελεησαντων κοτυλην τις τυτθον επεσχε,
Χειλεα μεν τ᾽ εδιην᾽, υπερωην δ᾽ ουκ εδιηνε.
Τον δε και αμφιθαλης εκ δαιτυος εστυφελιξε,
Χερσιν πεπληγως, και ονειδειοισιν ενισσων,
Ερρ᾽ ουτως· ου σος γε πατηρ μεταδαινυται ημιν·
Δακρυοεις δε τ᾽ ανεισι παϊς ες μητερα χηρην,
Αστυαναξ, ος πριν μεν ου επι γουνασι πατρος
Μυελον οιον εδεσκε, και οιων πιονα δημον·
Αυταρ οθ᾽ υπνος ελοι, παυσαιτο τε νηπιαχευων,
Ευδεσκ᾽ έν λεκτροισιν, εν αγκαλιδεσσι τιθηνης,
Ευνη ενι μαλακη, θαλεων εμπλησαμενος κηρ·
Νυν δ᾽ αν πολλα παθησι, φιλου απο πατρος αμαρτων,
Αστυαναξ, ον Τρωες επικλησιν καλεουσιν·

Οιος γαρ σφιν ερυσο πυλας και τειχεα μακρα.
Νυν δε σε μεν παρα νηυσι κορωνισι, νοσφι τοκηων,
Αιολαι ευλαι εδονται, επει κε κυνες κορεσωνται,
Γυμνον· αταρ τοι ειματ᾽ ενι μεγαροισι κεονται,
Λεπτα τε και χαριεντα, τετυγμενα χερσι γυναικων.
Αλλ᾽ ητοι ταδε παντα καταφλεξω πυρι κηλεω,
Ουδεν σοι γ᾽ οφελος, επει εκ εγκεισεαι αυτοις,
Αλλα προς Τρωων και Τρωϊαδων κλεος ειναι.

Apud *Virgilium*, Æneid. 2. v. 386. et ſeqq. hæc de *Chorœbo* gaudio exultante legimus:

Atque hic exultans ſucceſſu animiſque Chorœbus,
O ſocii, qua prima, inquit, fortuna ſalutis
Monſtrat iter, quaque oſtendit ſe dextra, ſequamur.
Mutemus clypeos, Danaumque inſignia nobis
Aptemus: dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?
Arma dabunt ipſi. ———

Æneam ſumma lætitia elatum, quod cum *Turno* ſingulari certamine dimicaturus erat, ſic deſcribit poeta inclytiſſimus, Ænead. 12. ℣. 697. — 703.

At pater Æneas, audito nomine Turni,
Deſerit et muros, et ſummas deſerit arces,
Præcipitatque moras omnes, opera omnia rumpit,
Lætitia exultans; horrendumque intonat armis;
Quantus Athos, aut quantus Erix, aut ipſe coruſcis
Cum fremit ilicibus quantus, gaudetque nivali
Vertice ſe attollens pater Apenninus ad auras.

Jam vero, ut omnibus probe notum eſt, qui

qui vel ſummis labris artem poeticam deguſtarint, ſpondæi lenti * et lugubres ad luctum, dactyli

* *Horatius* de Art. poet. v. 254. 257.

——— *non ita pridem,*
Tardior *et paulo graviorque veniret ad aures,*
Spondeos ſtabiles *in jura paterna recepit,*
Commodus et patiens; ———

et verſ. 260.

In ſcenam miſſus magno cum pondere *verſus*
Aut operæ celeris nimium, curaque carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.

Terentianus Maurus, p. 2443.
Sed qui pedeſtres fabulas ſocco premunt,
Ut quæ loquuntur ſumpta de vita putes,
Vitiant Iambon tractibus Spondaicis,
Et in ſecundo et ceteris æque locis.

Quinctilianus Inſtitut. Orator. lib. 9. cap. 4. hæc habet: *Horum pedum nullus non in orationem venit; ſed quo quique ſunt temporibus pleniores,* longiſque ſyllabis magis ſtabiles, *hoc graviorem faciunt orationem; breves celerem ac mobilem. Utrumque locis utile. Nam et illud ubi opus eſt velocitate,* tardum et ſegne, *et hoc, ubi* pondus *exigitur, præceps ac reſultans, merito damnetur:* Et paucis interjectis, *Licet enim pæonem ſequatur Ephorus, inventum a Thraſymacho, probatum ab Ariſtotele, dactylumque, ut temperatiores brevibus ac longis: fugiat ſpondeum et trochæum, alterius* tarditate, *alterius celeritate damnata:* ——— Et poſtea: *Spondeus quoque, quo plurimum eſt Demoſthenes uſus,* moram *ſemper per ſe habet:*—

Voſſius de Poematum cantu et viribus rhythmi, pag. 5. et 73. ita ſcribit: *Huic (Pyrrichio) contrarius ſpondeus, qui e duabus conſtat longis. Hic pes inceſſum habet* tardum *et magnificum, itaque rebus gravibus, et maxime ſacris, vel ipſo atteſtante vocabulo, imprimis adhibetur.*

——*Ut*

dactyli volubiles et feſtivi † ad gaudium exprimendum ſunt accommodatiores: Atqui in hiſce exemplis, dactylis et ſpondæis indiſcriminatim, nullo conſilio, ſed prout ſors tulit, adhibitos fuiſſe, clare conſtat.

Poetria Leſbia Sapphici carminis inventrix de levi materia, re ſcil. amatoria, agens, illud metri genus uſurpavit:

> Φαινεται μοι κηνος ισος θεοισιν
> Εμμεν' ωνηρ, οστις εναντιος τοι
> Ιζανει, και πλασιον αδυ φωνȣ-
> σας υπακȣει.

Και

—— *Ut leves et volubiles explicentur motus, cujuſmodi ſunt ſaltus Satyrorum, aptus eſt pyrrichius et tribrachys. Graves et* tardos *exprimit ſpondeus, eoque gravior moloſſus.*

Bentleius noſter in ΣΧΕΔ. de Met. Terent. ſic loquitur: *Ceterum quod in utriſque vituperat Flaccus, et in Comicis excuſat Maurus, hoc eſt: Quod in ſedibus paribus, ſecunda et quarta, — non volubiles pedes Iambum aut Tribrachyn, ex rhythmi lege ac Græcorum exemplo; ſed* tardos ſpondeos, *ſive alios eis* ισοχρονȣς *intulerint.*

† *Adhibentur itaque dactyli, ut teretes,* volubiles, *magiſque ſonori fiant. (Hexametri.) Adhibendus tamen delectus; nam ſi verſus ex ſolis fiant dactylis, unumque in fine tantum habeat ſpondeum, omnino erunt ſaltatorii, ſeu potius* πηδητικοι, *cujuſmodi aliquot ſunt apud Homerum, et plures, niſi fallor, apud Virgilium. Magnam ſane in cantu pes iſte præ ſe fert* hiralitatem, *quod gravitati non uſquequaque convenire videtur.*

—— *Si quod* hilare *et jucundum ſit explicare velimus, advocandi ſunt dactyli, qui, quales tripudiantium eſſe ſolent, exhibebunt motus.* Voſſ. de poemat. &c. p. 7. 73.

Και γελαϊς ιμεροεν· το μοι ταν
Καρδιαν εν ϛηθεσιν επτοασεν·
Ως γαρ ειδω σε, βροχεως με φωνας
Ουδεν ετ' εικει,

Αλλα καμμεν γλωσσα εαγε· λεπτον δ'
Αυτικα χρω πυρ υποδεδρομακεν·
Οππατεσσιν δ' ȣδεν ορημ,' επιρρομ-
βευσι δ' ακȣε·

Καδδ' ιδρως ψυχρος χεεται, τρομος δε
Πασαν αγρει, χλωροτερα δε ποιας
Εμμι· τεθνακην δ' ολιγω 'πιδευσην
Φαινομαι απνȣς.

Vide omnino reverendiſſimi viri, *Zachariæ Pearcii*, Epiſcopi Roffenſis, annotat. ad hanc oden in eximia ſua *Longini* Edit. p. 62. et ſeqq.

Horatius, Lyricorum Latinorum princeps, nunc in graviſſimis ſanctiſſimiſque, nunc in ludicris et humilioribus argumentis tractandis, carmen Sapphicum adhibuit: Teſtes ſint ſublimes illæ Odæ, lib. 1. 2. dico, 12. et 22.

Jam ſatis terris nivis, atque diræ
Grandinis miſit Pater; &c. &c.

Od. 12.

Quem virum aut heroa lyra, vel acri
Tibia, ſumes celebrare, Clio?
Quem deum? &c. &c.

Od.

Od. 22.

Integer vitæ, ſceleriſque purus
Non eget Mauri &c. &c.

ut et Od. 2. 10. 16. lib. 2. Od. 2. 6. lib. 4. quibus addendum Carmen Seculare.

Cæteræ, quæ hoc carminis genere ſcriptæ extant, feſtivum quiddam et multo demiſſius ſpirant: Adeant illi, quibus vacabit, Od. 10. 12. 20. 25. 30. 32. 38. lib. 1. Od. 4. 6. 8. lib. 2. Od. 9. 11. 14. 18. 20. 22. 27. lib. 3. Od. 11. lib. 4.

Quin et idem de pleriſque omnibus metris, quibus in Odis utitur Horatius, dici poteſt: Singula fere in materiæ cum ſublimis, tum humilis, tam jocoſæ, quam ſeriæ, qua triſtis, qua lætæ, tractatione adhibentur, ut paſſim videre eſt. Huc quodammodo faciunt, quæ de argumentis in Odis tractandis habet *Trappius* noſter in prælectione de poeſi lyrica:

Quæ odis tractanda ſunt argumenta, Horatius *pene omnia hiſce verſibus complectitur:*

Muſa dedit fidibus divos, puerosque deorum,
Et pugilem victorem, et equum certamine primum,
Et juvenum curas, et libera vina referre.

Heroas et triumphos præcipuam eſſe materiam illis habilem ſupra adnotatum eſt; eam igitur primam ſtatuit Horatius. *Temporis autem curſu,* eodem carmine *decantata ſunt* amores et convivia;

vivia; *quæ quidem utraque huic poemati optime conveniunt. Utriuſque generis multa ſunt apud* Horatium, *nec quidquam extat ſuavius, vel elegantius.* Et paulo poſt,

Verſibus tamen ſupra recitatis unum argumentum omiſit, lyricis optime conveniens, et ab ipſo lyricis optime celebratum; illud nimirum, quod ad res ſerias, et mores ſpectat: Quod tamen omnium non modo utiliſſimum, ſed forſitan et elegantiſſimum exiſtimandum eſt. Multa habent illius odæ huc pertinentia:

Æquam memento rebus in arduis
Servare mentem; &c. ———

Cedes coemptis ſaltibus, et domo,
Villaque, flavus quam Tiberis lavit,
Cedes; et extructis in altum
Divitiis potietur hæres.

Alibi etiam;

Eheu! fugaces, Poſthume, Poſthume,
Labuntur anni; &c. ———

Et ut innumera ejuſdem ingenii omittam, de avaritia hæc canit;

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, et aquoſus albo
Corpore languor.

Odis

Odis hiſce moralibus ſæpe interſperguntur vitæ ruſticæ, mediocris fortunæ, aliorumque iſtiuſmodi laudes; quorum omnium amœniſſimæ ſunt deſcriptiones.

Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum;
Nec leves ſomnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.

Sublimes *itaque poſſunt eſſe odæ, vel* humiliores; jocoſæ, *vel* ſeriæ; triſtes, *vel* lætæ: *Satyricæ etiam interdum; nunquam Epigrammaticæ.* Prælect. Poet. Vol. 2. pag. 115.— 118.

Porro autem, *numeros, iſtos reſultantes* (quos noſtri, loquutione ſatis mirifica, vocant,) a rebus gravibus ſeriiſque, *Anacreonte* ipſo judice, qui primus, aut certe præcipue illis uſus eſt, non tantopere abhorrere, ex eo conſtat, quod tam ſublimiora argumenta atque ſeveriora, quam leviora et amatoria hiſce metris celebraverit: Adi, ſis, Od. 15. ỳ. 1.—4. 9. 10. Od. 23. v. 1.— 11. Od. 31. ỳ. 4.—6. 10. — 15.

His addi poſſunt Od. 4. v. 7.—10. 41. v. 15. — 20. 42. v. 9.—12. 46. v. 5.— 13. 48. 51. 64. quibus omnibus, carminis genus idem fere eſt atque in illis jam memoratis: Vid. *Barneſ.* annot. ad Od. 3. pag. 6.

Cæterum

Cæterum digna omnino eſt, quæ, hac in re, conſulatur, *Anacreontis* vita ab eodem viro doctiſſimo conſcripta, atque egregiæ ſuæ huuſce poetæ Editioni præmiſſa. Sect. 26. ubi *de philoſophico* Anacreontis *ſenſu*, ut illius verbis utar, agens, hæc habet:

XXVI. *Quoniam vero illud* Gellianum *exoſculor*, Odi homines ignava opera, philoſopha ſententia, *Age, nunc proferamus aliquot hujus poetæ locos, e quibus, velut ex pede* Herculem, Anacreontis *ſanctiorem ſapientiam metiri valeamus.* De vanitate hujus vitæ, *v.* 64.

Τροχος αρματος γαρ οια
Βιοτος τρεχει κυλισθεις·
Ολιγη δε κεισομεσθα
Κονις, οστεων λυθεντων.
Rota nam velut curulis,
Properat volucris ætas :
Tenuis jacebimuſque
Cinis, oſſibus ſolutis.

Vitam hilarem curiſque vacuam laudat, v. 660.

Το μεν ουν πωμα λαβωμεν·
Τας δε Φροντιδας μεθωμεν·
Τι γαρ εστι σοι το κερδος
Οδυναμενω μεριμναις;
Ποθεν οιδαμεν το μελλον;
Ο βιος βροτοις αδηλος.

Age, poculum bibamus;
Nec adeſto cura mordax:
Quid enim dolere prodeſt,
Macerarierque curis?
Ubi quis futura noſcat?
Sua cuique vita cæca eſt.

Et vini paulo liberalior uſus contra curas præſens medicina, noſtris etiam literis teſtantibus: Proverb. *c.* 31. *v.* 6. *Et ſenibus ſuis* Plato *concedit, et* Horatius *ſapientibus, l.* 3. §. 21.

Non ille, quanquam *Socraticis* madet
Sermonibus, te negliget horridus:
Narratur et priſci *Catonis*
Sæpe mero caluiſſe virtus.

Quomodo ſit vivendum, tota oda 15. Chryſippo *et* Crantore *melius docet, præſertim in illis, v.* 239.

Ου μοι μελει Γυγαο
Τȣ Σαρδιων ανακτος.
Ουθ᾽ αιρεει με χρυσος,
Ουδε φθονω τυραννοις.
Nil curo Sardiani
Regni Gygen potentem.
Auri nec appetens ſum,
Nec invidens tyrannis.

Et mox, v. 247.

Το σημερον μελει μοι·
Το δ᾽ αυριον τις οιδεν;

Hodi-

Hodierna curo tantum:
Quis cras futura novit?

Avaritiam, et ingenuæ virtutis neglectum, generalemque hujus ætatis corruptionem, quis brevius aut accuratius depinxit unquam? v. 739.

Γενος ȣδεν εις ερωτα·
Σοφιη, τροπος πατειται·
Μονον αργυρον βλεπȣσιν.
In amore negliguntur
Genus, ars, probique mores:
Unicum intuentur aurum.

Alias aurum, *ut* doctrinæ *et* virtuti *inimicum, et a* Muſarum *caſtris plane fugitivum, damnat et inſectatur, Od.* 65. *Fraudem omnem ad inferos relegat, animique ſimplicitatem præ cæteris laudat,* §. 100. *v.* 1198.

Odi profanum vulgus et arceo;
Qui ſordida ſunt indole, nec vident,
Quam magna merces *Simplicitas* fiet;
Hos procul eſſe puto abdicandos.

Candidiſſimos ſuos mores palam fatetur, v. 681.

Φθονον ουκ οιδ' εμον ητορ·
Φθονον ου δειδια δηκτην·
Φιλολοιδοροιο γλωσσης
Φευγω βελεμνα κȣφα.
Mihi non invida corda;
Nec metuo invidiam malam:

Leviora tela linguæ
Fugio nimis procacis.

Vanas demum mortalium ſpes uno ictu conſcindit omnes, *v.* 1297.

Τι μακρα δη φρονεις, ταλαν;

Totum equidem poetam huc denuo tranſcriberem, ſi χρειας, *ſi* χρηστομαθειας *omnes, ſi* γνομας βιωφελεις, *ſi* φιλοσοφικα αποφθεγματα, *hic repeterem: Nunc enim* avaritiam *damnat, a v.* 336. *ad v.* 346. *Aſt* odis 24. 25. 26. *&c. nimiam* ſollicitudinem; *etiam oda* 57. ebrietatem; *oda* 46. amoris ſinceritatem, *ſine lucri ſpe, egregie ornat. Oda denique* 42. *et epigrammate* 7. *rixas omnes, barbarumque ſtrepitum a* ſympoſiis *relegat; quum noſtri homines in* amando *ſint quibuſvis veterum* ethnicorum *intemperantiores et proterviores; inter* bibendum *diſputent, rixentur, ad mortem uſque digladientur; jurent, calumnientur, et ſanctiſſimum Dei nomen convellant.*

Atque ita Anacreon, *inter ſuaviſſimos elegantis ingenii luſus, velut aliud agendo, virtutem nos conſtanter docet; et* Sirenis *muſicæ faſcino animos humanos, non ſine magno ſuo beneficio, incantat.* —— pag. 45. — 47. Vid. etiam. Sect. 36. et Prolegom. §. 9.

Nonne autem idem metri genus in argutis, facetis, ludicris, et laſcivis *Martialis* epigrammatibus,

matibus, quod in *Ovidii* elegiis mœſtis et lugubribus, adhibitum videmus? Nonne iiſdem numeris in Triſtibus, quæ ſunt veræ elegiæ,* atque in Amorum, vel Artis amatoriæ libris utitur *Naſo?* Annon igitur diverſorum prorſus argumentorum poemata carminum ratione conveniunt?

Quæ cum ita ſint, hoc a noſtris quærere meo jure videor, cur hypotheſi *Harianæ* id vitio verterint, quod apud optimos quoſque poetas cum Græcos, tum Latinos, perpetuo factum invenitur?

Illud etiam ſcire quam maxime velim, quare epiſcopi metricam reprehenderint, quod variis argumentis, de quibus in libris poeticis agitur, varia quoque carminum genera minus accommodarit, cum, ut ſupra vidimus, et omnes norunt, qui vel tantillam linguæ Hebraicæ peritiam ſibi comparaverint, id fieri, per linguæ hujus ingenium non liceat. Homini vero objicere,

* Vide *Trapp.* Prælect. Poet. Vol. 2. pag. 70. Cæterum, numerum Elegiacum rebus triſtibus depingendis primum deſtinatum, poſtea, quum de lætis ageretur, adhibitum eſſe, docet *Horatius* Art. Poet. ℣. 75. 76.

> Verſibus impariter junctis *querimonia* primum,
> Poſt etiam incluſa eſt *voti ſententia compos.*

Vide etiam ℣. 77. lib. 1. Od. 33. ℣. 2. 3. *Ovid* Faſt. lib. 2. ℣. 3. 4. 125. 126. *Trapp.* Prælect. Poet. Vol. 2. p. 63. 64. 73.

jicere, quemadmodum noſtri *Hario*, quod plane ἀδύνατον eſſe, apud omnes in confeſſo eſt, hoc illum effectum non dediſſe, iniquum eſt, ni fallor, et abſurdum.

Poſtremo autem, quis ignorat, hoc, quod in metrica *Hariana*, tanta fiducia carpere noſtri non dubitarunt, non tantum in Græca et Latina, ſed etiam in Anglica noſtra, ut et in Gallica, Hiſpanica, Italica, &c. poeſi obtinere.* Plura dici poſſent: Sed nihil opus eſt, ut huic futiliſſimo objecto refutando diutius immorer: Itaque manum abſtineo: Quid enim reſponſo anxio, et æquo prolixiore, lectoribus tædium parerem, et nauſeam crearem? Ab hacce igitur tertia, ad quartam et ultimam Hiſtoricorum noſtrorum objectionem tranſeundum cenſeo; quæ ſic habet:

" Poſtremo, ſi aliquando pro vero admiſ-
" ſum

* Omnium hodiernarum linguarum, quas vocant, quatenus de ſyllabarum quantite agitur, eadem eſt ratio, quæ Hebraicæ: Nempe ita comparatæ ſunt, ut brevium et longarum diſcrimen, atque adeo multiplicem iſtam carminum varietatem, Græcæ et Latinæ poeſeos fere propriam, reſpuant atque repudient. Metrorum in hiſce linguis varietas ex numero ſyllabarum præcipue pendet: In eo, ſcil. tota fere vertitur, quod aliud metri genus verſibus brevioribus, aliud productioribus conſtet. Vide quæ de hac re ſupra diximus, pag. 90. 91. hujus Diſſertat. Adi etiam *Cappellum* de Arcano Punctat. lib. 1. cap. 13. §. 4. 6.

“ ſum fuerit, librum pſalmorum, quam uni-
“ verſi Judæi tanti faciebant, et quo perpetuo
“ utebantur, eouſque mutilatum eſſe, ut non
“ tantum ingentem iſtam emendationum, me-
“ tricæ illius gratia hic illatarum, varietatem,
“ verum etiam alias complures, quas præſul
“ doctiſſimus, prout ipſemet fatetur, reſti-
“ tuere non potuit, deſideret, metuendum
“ erit, quicquid in contrarium ſenſiſſet vir
“ reverendiſſimus, ne ejus auctoritas brevi ad
“ nihilum redigatur, illo præſertim, quod in
“ pluribus ejus operis locis affirmat vir reve-
“ rendiſſimus, admiſſo, magnum iſtarum de-
“ pravationum numerum, non incuria libra-
“ riorum atque inſcitia, in contextum illap-
“ ſum eſſe, ſed Judæos ipſos ſuperſtitione, aut
“ malo etiam animo adductos intruſiſſe. Fir-
“ miora vero tam gravis criminis populo, qui,
“ quantum conſtat, in contrariam partem
“ potius peccaverunt, objecti, extare oportuit
“ argumenta, quam merum metricæ hujus no-
“ væ ædificium, quod, ut leviſſime dicamus,
“ inſtabili, et ſæpe quidem pravo prorſus et
“ præpoſtero nititur fundamento, id quod ex
“ ſequentibus, uti ſperamus, patebit.”

Huic objecto, ad rei ſummam quod attinet, jam antea ſatis, ni fallor, reſponſum eſt, pag. 89. — 117. hujuſce Diſſertat. ubi, qui ſa-

cri codicis textum immutare, aut emendare aggreſſus fuerit, illum non ſtatim auctoritatis ejus labefactatæ arguendum eſſe, prolixe oſtendimus. Quo magis vero metricæ *Harianæ* veritas eluceat, ſimulque hiſtoricorum noſtrorum ignorantia, imprudentia, incuria, et (quod multo pejus eſt,) mala fides pateant, in promptuque ſint omnibus, quæ hic objecerunt, particulatim, pro more meo, diſcuſſiſſe, ne quid diſſimulem, volupe erit.

Primum igitur, Noſtri, " *Harium* ingen- " tem emendationum numerum metri gratia, " hoc eſt, (ſi mentem eorum recte teneo,) " metri *ſolius* gratia, in pſalmos intuliſſe," affirmant. Hoc autem a vero longiſſime abeſſe, quis, qui notulas viri eruditiſſimi paulo diligentius legerit, ignorat? Plerumque enim, ut in hiſce annotatiunculis paſſim videre eſt, ſententia, conſtructio, antiquæ verſiones, et loci paralleli, nihilo minus quam metrum, ab emendationibus ejus ſtant; atque adeo, quæ unica metri auctoritate innituntur, paucæ reperientur. Hoc ſane manifeſtius eſt, quam ut negari queat; neque hercle quiſquam, niſi cui pudor periit, inficias ire ſuſtinuerit.

Quod ſi noſtri vocem *metricæ* non ita intellexerunt, ut *ſolius*, aut ſimile quid ſubaudiendum eſſet, vituperatione dignos eſſe, qui

mentem

mentem ſuam incaute et minus accurate expreſſerint, quis diffitebitur?

Nolim vero hæc ita accipi, quaſi ſingulas epiſcopi emendationes approbem: Plura illum in pſalmis immutaſſe et emendaſſe, quam opus erat, non nego, et jam ſupra innui, pag. 88. 89. Attamen nihil eſt quod ab hiſce emendationibus metricæ ejus quidquam timeamus: Ad illam ſane parum intereſt, utrum modeſtæ, an audaciores, an neceſſariæ, an male tentatæ, ſeu certæ, ſeu dubiæ, ſive veræ, ſive falſæ eſſe deprehendantur; an denique immanis, an exiguus fuerit illarum numerus: Eadem manet hypotheſis *Hariana*; iiſdem firmis et inconcuſſis fundamentis innititur. *In levioribus quidem* Harium noſtrum, ut illius verba mea faciam, interdum *erraſſe, facile conceſſerim; quod vero ad* ſummam rei *attinet, propoſito non excidiſſe, ſed* genuinam poeſeos Hebraicæ rationem *e tenebris, quibus per tot ſecula ſepulta delituerat, feliciter eruiſſe,* veramque ejus notitiam *inſtauraſſe, mihi, ſi quid aliud, perſuaſiſſimum eſt:* Præfat. ad Lectorem Phil. Hebr. pag. 12.

Sed ut ad hiſtoricos noſtros redeamus, vix illos μαντικη, *id eſt, rerum futurarum præſenſione et ſcientia,* præditos eſſe crediderim, cum illa ſcriberent, "ad nihilum brevi redactum iri

"Li-

“ Libri pſalmorum auctoritatem, ſi aliquan-
“ do futurum eſſet, ut frequentiſſimas illas “ *Harii* correctiones neceſſarias eſſe, pro con-“ ceſſo haberetur;” hoc enim jam evenit; cum non tantum pſalmos, ſed etiam ſingulos veteris teſtamenti libros mendis ſcatere, inter doctiſſimos quoſque, qui ſacrum codicem diligenter evolverint, nunc conſtet; * et nuper egregie

* Vide porro eruditiſſimi *Cappelli* Criticam Sacram, paſſim: Haud, opinor, abs re erit, Cap. 1. Lib. 6. integrum huc transferre:

I. *Ex his, quæ hactenus quinque præcedentibus libris de variis lectionibus diſputavimus, ſatis manifeſtum eſſe putamus, id quod non ſemel, ſed ſæpius, variis in locis, ſupra inculcavimus, non exhiberi nempe nobis ſemper et ubique in hodierno textu Hebræo primam atque vetuſtiſſimam, quæ in ipſis S. Scriptorum fuit* αυτογραφοις *codicibus, lectionem, ſed (quæ fuit omnium omnino in univerſum librorum ſors atque conditio,) humana fragilitate in tranſcriptione tot exemplarium, quæ alia ex aliis, tam longa tot ſæculorum curriculo, deſcripta ſunt ab hominibus errori et lapſui obnoxiis, irrepſiſſe in ſacros codices, qui jam exſtant,* multiplicem variam lectionem, *quæ manifeſtam arguit codicum, iis in locis, in quibus invicem diſcrepant, a primis autographis diſſentionem atque diſceſſionem. Negari id non poteſt, niſi velimus ſcientes prudentes oculos ſponte nobis eruere, no videamus* multiplicem a nobis hactenus obſervatam et annotatam variam lectionem.

II. *Neque vero eſt quod quis hic dicat, hodiernum Hebræum codicem referre nobis in omnibus ad amuſſim ipſa S. Scriptorum* αυτογραφα, *codices vero, quos ſecuti ſunt veteres interpretes, quotieſcunque ab hodierna lectione diſcedunt,*

cedunt, toties a prophetarum autographis receſſiſſe. Nam primo unde, quæſo, id probabunt, fidemque hujus aſſertionis facient? Cur enim, quæſo, ab autographis magis receſſerit codex, quo uſi ſunt LXX. Int. Chaldæi Paraphraſtæ, vel Vulgatæ verſionis auctor, quam Maſſorethicus et Rabbinicus hodiernus codex, qui illis longe recentior eſt? Si ſola auctoritate codicum pugnandum eſt, vetuſtiores recentioribus ſunt præferendi. * *Potior itaque eſſet hac in parte, eoque reſpectu, cauſa codicum illorum veterum ſupra hodiernum illis multo recentiorem. Deinde, ne hodie quidem codices omnes per omnia conſentiunt, quod ſatis manifeſtum ſupra fecimus toto libro tertio, et quinto. In hodiernarum editionum et variorum codicum diſſenſione, quem codicem dicent* αυτογραφα *ipſa prophetarum ad amuſſim in omnibus nobis repræſentare? qua nota, quo* κριτηριω *illum a reliquis diſcernent, nobiſque demonſtrabunt? Denique paſſim toto libro quarto et quinto oſtendimus, non raro lectionem quam ſecuti ſunt LXX. Interpp. Chald. Paraph. Aq. Sym. Theod. et S. Hieronymus meliorem ac veriorem eſſe et videri hodierna, proptereaque iis in locis magis nobis referre lectionem* των αυτογραφων.

III. *Maneat itaque hoc ex ſuperioribus jam ratum fixumque, ſacros codices eandem communemque cum reliquis omnibus libris paſſos eſſe in deſcribendo calamitatem,* variam nempe et multiplicem, *quæ a librariorum atque ſcribarum incuria, inſcitia, et* αβλεψια, *correctorumque interdum audacia et temeritate oriri ſolet,* lectionem, *a qua ne hodiernus quidem codex Hebræus immunis eſt, aut eſſe potuit, ſine ſtupendo prorſus ac ſupra omnem fidem miraculo, quo factum ſit, ut omnes a Moſe, ad hæc uſque tempora, librorum ſacrorum, quotquot fuerunt, deſcriptores fuerint in deſcribendo (ut ipſi prophetæ in loquendo et ſcribendo,)* θεοπνευστοι *ac penitus* αναμαρτητοι. Illa etiam, quæ Lib. 1. Cap. 14. habet, omnino exſcribenda cenſeo:

Non-

* Videſis doctiſſimi *Kennicotti* Diſſert. I. de ſtatu &c. pag. 467. — 479. et II. pag. 303. — 305.

Nonnullis forte videbitur nova atque inſolens hæc noſtra de variis in ſacris veteris teſtamenti libris lectionibus ſententia, utpote quibus hoc fixum et ratum eſt, tanta cura invigilaſſe Dei in ſacrum illum codicem providentiam, ut nulla omnino in eum irrepere debuerit varietas: quibus jam ex parte ſupra capite primo, reſpondimus; nunc hoc tantum adjicimus. Scire nempe libens velim, an æquum ſit ut providentia divina accuratius multo invigilarit in ſacros veteris teſtamenti libros, quam in Græcum novi teſtamenti codicem. *Si negant, (ut certe omnino negandum eſt,) rogo qui factum ſit, ut tot tantæque hodie conſpiciantur in novi teſtamenti Græcis editionibus variæ lectiones, annotatæ vel in margine, vel in calce librorum? Si Dei in* libros iſtos *providentia non cavit quo minus irreperent in* eos *variæ lectiones, cur magis mirantur, aut negant, idem accidiſſe libris veteris teſtamenti? Si affirmant, reddant aſſertionis ſuæ idoneam rationem. Annon et hi et illi ab eodem ſunt Dei ſpiritu? Nonne ergo æquum fuit, pariter utriſque invigilare Dei curam atque providentiam, ut ab omni lectionis varietate vindicarentur, ſi quod eſt in varia lectione periculum? Sed aliud diximus eſſe vitium atque corruptionem, aliud vero variam lectionem: A corruptione librorum ſacrorum metuendum eſt ne fidei et ſalutis hominum oboriatur periculum; propterea etiam a corruptione libros illos immunes reddidit Dei cura et providentia: A varia lectione tale non eſt metuendum periculum, propterea, hac in parte, illis non cavit cura divina, quia ſine perpetuo ſupra omnia miracula maxime admirando miraculo fieri non potuit id quod illi contendunt, ut nulla nimirum irrepſerit in ſacros codices varia lectio: ſine neceſſitate autem nec Deus facit, nec a Deo exſpectanda ſunt miracula. An putant ſacros veteris teſtamenti libros majoris eſſe, quam* novi teſtamenti ſcripta, *ponderis atque momenti, ut propterea Deus debuerit majorem illorum quam* iſtorum *ſuſcipere curam? Non puto quenquam id velle aſſerere: quis enim dicat libros, exempli gratia, Paralip. Eſdræ, et Nehemiæ, magis ad ſalutem conducere, quam* Domini noſtri Jeſu Chriſti

evangelia,

evangelia, et D. Pauli epiſtolas? *Quid ergo cauſæ eſt, cur Dei cura et providentia magis debuerit libros Paralipom. immunes ab omni varia lectione præſtare, quam* ipſa D. N. Jeſu Chriſti evangelia? *Aut ſi negare non poſſunt, varias in ſacrum novi teſtamenti codicem irrepſiſſe (non prohibente Dei in libros illos ſingulari cura atque providentia,) lectiones, cur verentur agnoſcere idipſum in ſacris veteris teſtamenti libris accidiſſe, maxime cum ex ipſorum ſacrorum librorum inter ſe facta collatione aperte id evincatur?* Vide etiam Lib. 3. Cap. 14. §. 16. Lib. 6. Cap. 5. §. 17. et Cap. 8. §. 16. necnon horum prolegom. pag. 92. 104. et notas imæ pag. ſubjectas.

Vir longe doctiſſimus, *Brianus Waltonus*, Prolegom. in Polyglott. *Dari variantes lectiones*, (quæ ſane omnes, ut ſupra obſervatum eſt, in ſingulis locis, præter unam, totidem ſunt menda,) *non tantum in ſcripturæ verſionibus, præſertim antiquis, ſed etiam in ipſo textu Hebraico veteris, et Græco novi teſtamenti, a nemine negari poteſt; cum hoc teſtentur* tot varietates ex codicibus MSS. et impreſſis a viris doctis annotatæ. &c. &c. Vide Prolegom. VI. §. 1. et paſſim.

Vir clariſſimus, atque ſingulari ſua eruditione celeberrimus, *Petrus Daniel Huetius*, Demonſtrat. Evangel. propoſ. 4. de lib. Paralip. §. 5. *pleraſque libris ſacris ineſſe ſcriptionis varietates*, fatetur. Vide etiam Cap. 14. §. 19. et propoſ. 1. §. 17.

Menda, quæ in veterum monumenta irrepſerunt, eruditiſſimus *Clericus* in Arte Critica, P. 3. S. 1. C. 1. §. 3. quatuor cauſis tribuit; *Librariis*, *Criticis*, *Impoſtoribus*, et *Vetuſtati*; longeque maximam mendorum ſegetem, ut in profanos, ita etiam in Libros ſacros ex his fontibus manaſſe, particulatim oſtendit. Adeant, quibus ita videatur, P. 3. S. 1. C. 3. §. 9. — C. 4. §. 10. — C. 5. §. 9. 10. — C. 6. §. 7. 8. 29. — C. 7. §. 2. — 4. 6. — C. 8. §. 3. — C. 12. §. 9. 11. — 16. —C. 14. §. 8. — 13. —C. 15. §. 15. —C. 16. §. 11. 12.

Quod idem criticus P. 3. S. 1 C. 2. §. 14. de exemplaribus verſionis LXX. Interpretum, et novi teſtamenti

tamenti docet, de Hebraicis etiam veteris teſtamenti exemplaribus, jure optimo, dici poſſet: — *Inanes non eſſe has conjecturas, manifeſto oſtendunt codices MSS. veteris et novi teſtamenti,* quorum nullum invenire licet, qui non ſcateat mendis. *Qua de re conſulendæ ſunt variarum lectionum in utrumque collectiones, in Bibliis Polyglottis Londinenſibus, et in Editione novi teſtamenti* Milliana.

Doctiſſimus *Morinus* in libro aureo *de Hebræi et Græci textus ſinceritate*, ſic loquitur, pag. 609. *Conſtat igitur ex Judæorum confeſſione, et adnotationibus, (ipſorum opera ad librorum ſacrorum margines adſcriptis,)* libros illos multo plus quam mille ſcribarum corruptelis nunc eſſe fœdatos. *Verum, ſi penitus textum ipſum introſpiciamus*, multo confertior corruptelarum ſeges demetenda e latebris ſeſe prodet.

Vide etiam *Kennicotti* noſtri Diſſertat. 2. *de ſtatu* &c. pag. 492. — 495.

Porro autem, ſacrum codicem quamplurimis mendis commaculatum eſſe, ex ipſa Judæorum confeſſione conſtat: Adi ſis quæ de hac re habet vir doctiſſimus modo memoratus, Diſſertat. I. pag. 235. 246. 349. 372. 404. 406. et II. pag. 247. — 250. 258. — 262. 271. — 274. 282. 309. — 311. 315. 377. 456. 457. 554.

Non poſſum vero quin nonnulla ad rem, de qua nunc agitur, ſpectantia, ex *Clerici* Prolegom. in Vet. Fœderis Tranſ. &c. pag. 13. hic deſcribam:

VIII. *Quod diximus de ſtudiis grammaticis parum cultis ſub templo ſecundo, verum eſſe nequit, quod tamen ex dictis apparet, et pluribus probari poſſet, quin ſimul ſuſpicio ſubeat, codices ſacros, illis temporibus, a librariis, ea, qua par erat, cura non ſemper deſcriptos. Septuaginta certe Interpretes, vel quicunque fuere, qui verſionem, quæ eorum nomen præfert, adornarunt, quod nunc non quærimus, ſatis mendoſo codice uſi fuiſſe, nec ductus literarum ſæpe adſequi potuiſſe videntur, ut viri docti dudum obſervarunt. Fateor equidem omnes lectionis*

va-

egregie præ cæteris oſtenderit vir doctiſſimus, atque in literis Hebraicis exercitatiſſimus, *Benjamin Kennicottus*, ſæpius a nobis nominatus,

varietates, quæ ex eorum tranſlatione collectæ ſunt, non fuiſſe ex vitioſo codice ortas, et multas eorum conjecturis acceptas forte referendas, ut Gen. cap. 2. v.2.8. v.4.7. et alibi ſæpe. At ipſa illa, quam ſibi tribuunt, conjiciendi licentia oſtendit, eo tempore, codices mendis eſſe deſtitutos, vulgo creditum non fuiſſe, quoniam ſæpiuſcule emendandi judicabantur.

Præterea videmus, venerandæ ſine dubio antiquitatis codicem, quo uſi ſunt Maſſorethæ, paſſim εν τω כתיב *vitia habere, quæ emendantur* εν τω קרי, *et quæ ſæpe a Samaritarum codice abſunt. Sæpiſſime, exempli cauſa, omittitur* ה *finalis, qui in Samaritico comparet, in voce* נערה *naharah*, puella; *qui, ex certa linguæ analogia, omitti non debuit. Sæpe legitur* היא hi *pro* הוא hou, *quod plerumque in Samaritico codice emendatum. Minuta ſane illa, aliaque ſimilia eſſe fatemur, ſed tamen oſtendunt, menda irrepere potuiſſe, et* revera irrepſiſſe; *quæ tam in voce difficili et rara, imo facilius admitti potuerunt, quam in facili et frequenti, qualis eſt vox* נערה naharah; *præſertim ubi res obſcurior, aut abruptior ſenſus eſt, nec ſeries orationis librarios eam non intelligentes juvabat.*

Ut tribus verbis loquar, Textum Hebræum corruptum et depravatum fuiſſe, hoc brevi argumento ex antiquis verſionibus petito confirmari poteſt: Quamplurima V. T. loca in his verſionibus varie redduntur: Nullus itaque dubitandi locus, quin codd. Hebr. ex quibus hæ verſiones factæ ſunt, a ſe invicem diſcreparent, varianteſque lectiones hiſce locis exhiberent: Cum vero, ut neceſſario concedendum videtur, una ſola ex his variis lectionibus vera et genuina eſſe potuerit, cæteræ omnes menda fuerint neceſſe eſt.

tus, in eruditis ejus *de ſtatu* &c. Diſſertationibus; quas ſumma cura legiſſe neminem pœnitebit. * Licet vero hi viri doctiſſimi plurima in ſacrum codicem menda invecta fuiſſe facile concedant, nihilo tamen minus auctoritatem ejus illibatam manere, ſtrenue contendunt: † et tantum abeſt, ut ad nihilum redigi putent, ut

* Vide omnino Diſſertat. alterius pag. 20. 48. 52. 53. 57. 59. 75. 76. 97. 99. 175. 180.—182. 184. 185. 187.—189. 254. 305. 308.—311. 314. 315. 318. 325. 330. 333.—335. 337. 346. 347. 351. 356.—362. 364. 366. 371. 375. 391. 401. 418. 419. 429. 433. 436. 439. 445. 470. 498. 568. — 572. Vide etiam Diſſertat. I. p. 46. 56. 77. 80. 132.—134. 141. 143. 163. 170. 173. 196. 198. 207. 221. 262. 285. 287. 343. 348. 353. 355. 359. 361. 365. 368. 371. 374. 376. 378. 383. 393. 395. 396. 400. 406. 410. 411. 413. 415. 418. 432. 434. 441. 445. 446. 454. 455. 463. 464. 466. 468. 472. 475.—478. 480.—485. 489. 492. 501. 502. 504.—510. 512.—517. 521. 526. 539. 543. 551. 553.

† Quos inter omnino dignus eſt auditu, hanc in rem, vir ille eruditiſſimus, iterum et ſæpius a nobis memoratus; qui in Arte Critica, P.3. S.1. C.12. §.9. hæc habet: —*Nam quod dicunt, timere ſe, ne, ſi fateantur menda ineſſe veteris teſtamenti libris, actum ſit de ejus auctoritate, id primum eſt imprudenter prodere eam auctoritatem, quam ſe defendere profitentur, non quod eam compertam habeant, ſed quia ita expedit; non amore et fiducia veri, ſed quia ita cenſuerunt. Deinde, quod omnes fatentur de novo teſtamento, qui id Græce legerunt, et editiones hodiernas cum veteribus codicibus contulerunt, ut oſtendimus Cap. 6. et poſtea etiam pluribus confirmabimus, quodque a nemine judicatur auctoritatem novi teſtamenti minuere, id, quia ita volunt Rabbini, contendere contumelioſum*

ut qui ſacro codici fidem omnem, ea de cauſa, detrahendam cenſeant, hos in vecordium, et male feriatorum loco ducant.

Quod autem ad librum Pſalmorum attinet, illum haud paulo plus quam cæteros veteris teſtamenti libros, labis accepiſſe, (quod etiam noſtri, ſi modo, in hiſce objiciendis, ſeſe tales, quales eſſe oportuit, præbuerant, monuiſſent; eoque magis quod jam *Harius* ipſe hoc monu-

melioſum eſſe veteri, et periculoſum, Judæi *eſt, non Chriſtiani; imo, ut verum dicam,* ſtulti, *aut* hominis nequam, *qui aut judicat de eo, quod* neſcit, *aut* contra quam credit, *loquitur. Oſtendimus, niſi nos ratio fugit, manifeſtis argumentis, numeros hic, illic, auctos, aut imminutos a librariis fuiſſe. Loca invenientur ad vocem* Numeri, *in noſtris Indicibus, adnotata. Hoc paulo acrius dicendum fuit, ut homines* imperiti, *aut* mali *deſinant tandem ficta pietate ſuam* imperitiam *aut* nequitiam *tegere, et Chriſtianam religionem Judæis atque Atheis prodere, dum eam defendere videri volunt.*

Idem P. 3. S. 1. C. 8. *Eſt interea cur Deum laudemus, quod noluerit* fidem noſtram pendere *ex uno aut altero loco, aut ex aliquot voculis, in quæ mutatio irrepere potuit, negligentia aut nequitia librariorum, vel theologorum. In iis quæ* neceſſaria *ſunt, ſat magnus eſt codicum conſenſus, ut omnem dubitationem nobis eximat.* Super hunc autem, adi etiam, ſi ita libeat, *Cappelli* Crit. Sacr. lib. 6. cap. 2. 3. necnon pag. 168. 186. 301. 336. 409. *Waltoni* Prolegom. VII. paſſim. *Huetii* Demonſtrat. Evangel. Propoſ. 1. §. 17. Cap. 14. §. 19. *Harii* Prolegom. p. 51.—54. *Kennicotti* Diſſertat. I. p. 11. 271. 301. et II. p. 349. 350. 585. 586.

monuerat;) norunt omnes, qui non ſunt in hiſce rebus plane hoſpites. *Omnium vero,* inquit Harius, *ſacri codicis librorum nullus tantum a librariis paſſus eſt, quantum* hic Pſalmorum; *is enim frequentiſſime omnium in plebis uſum exſcriptus eſt; in eo igitur neceſſe eſt frequentiſſimi fuerint librariorum errores. Nec parum contulit libri hujus obſcuritas ad mendorum numerum augendum, cum ex eo exſcriptorum temeritati atque inſcitiæ amplior locus eſſet; unde factum eſt, ut non modo omnis generis menda, qnæ in aliis antiquis ſcriptis magno numero occurrunt, in hoc etiam habeantur, ſed, quod merito mireris, iis etiam in locis ſæpe erratum ſit, quæ facillimum fuit ab omni mendo integra præſtare.* Polegom. in Pſalm. pag. 41. 42.

Quo vero corruptius vetus quodvis monumentum ad nos pervenerit, eo ſæpius manum critici medicam poſtulet neceſſe eſt. Non eſt igitur quod miretur quiſpiam, Epiſcopum eruditiſſimum plurima in Pſalmis immutaſſe, et emendaſſe: neque erit cur ejus emendationes, paucis exceptis, inconſultè atque intempeſtive in contextum illatas eſſe queratur; ſi modo illas paulo diligentius expenderit, neque de illorum grege ſit, qui validiſſimis quibuſque argumentis, cum ex rectæ rationis placitis, tum ex Criticæ artis canonibus petitis, proculcatis,

tis, de hiſce rebus, ex metaphyſicis quibuſdam rationibus, et præconceptis temere opinionibus, judicare adgrediuntur. Ut, quod res eſt, dicam, pleræque omnes Harii noſtri correctiones non tantum ingenioſæ, ſed etiam prorſus neceſſariæ eſſe, deprehendentur; cum pleraque omnia loca, quibus medicinam facere conatus eſt, in mendo cubare, clare conſtet. Illud etiam animadverſum velim, reliquas, quæ minus neceſſariæ et inanes videntur, epiſcopi emendationes, haud illarum numerum æquare, quibus alii critici nonnullos Pſalmorum locos, quos noſter ſatis ſanos eſſe putavit, priſtinæ ſuæ integritati, utpote corruptos et depravatos, reſtituere tentaverunt.

Ut autem lectori certius conſtet, quantum labis acceperit Pſalmorum liber, quam magna mendorum ſegete obſitus atque obfuſcatus ad nos pervenerit, Pſ. 14. cum Pſ. 53. αντιϐολην inſtituam: quo fiet, ut quantum damni uterque paſſus ſit, et quot menda irrepſerint, ad oculum pateat.

Itaque adeo hoſce pſalmos in verſiculos ſuos diſtinctos apponam; periodis parallelis, primo Pſ. 14. deinde Pſ. 53. alternatim collocatis, iis etiam quæ annotare viſum eſt, binis quibuſque ſubjectis.

PSALM. XIV.

I.

אמר נבל בלבו אין אלהים 1.
השחיתו *התעיבו
עלילה אין עשה טוב :

PSALM. LIII.

I.

אמר נבל בלבו אין אלהים 1.
השחיתו והתעיבו
עול* אין־עשה טוב :

In ſecundo verſiculo Pſ. 14. copulam ante התעיבו deſiderari, non tantum metrum, verum etiam conſtructio et verſiculus parallelus Pſ. 53. manifeſte oſtendunt. Sed et ſic certe legerunt Græci, qui habent διεφθειραν ΚΑΙ ἐβδελυχθησαν. quomodo verſic. parallelum reddiderunt, Pſ. 53. Ita quoque Verſ. *Syr. Arab. Æthiop.*—Error ex eo, quod vox præcedens in ו deſinat, quæ frequentiſſima literæ omiſſæ cauſa. Vide *Clerici* Art. Crit. P. 3. S. 1. C. 5.

Sic in verſiculo tertio Pſ. 53. עלילה reponendum eſſe, ex loco parallelo perinde ac metro itidem conſtat.

Pſ. 14. p. 2.

יהוה משמים השקיף
על־בני אדם לראות 5.
היש משכיל דרש את־אלהים :

Pſ.

Pſ. 53. p. 2.

אלהים משמים השקיף
על־בני אדם לראות 5.
היש משכיל דרש את־אלהים׃

Pro אלהים in verſiculo quarto Pſ. 53. metrum poſcit יהוה: quod et verſiculus parallelus Pſ. 14. firmat. Vide pag. 134. 135. et ſeqq. hujus Diſſertat.

Verum non temere eſt, quod vocem משכיל in utrumque pſalmum ex margine irrepſiſſe, putet *Harius: Cum hæc vox*, inquit vir eruditiſſimus, *in tredecim Pſalmorum titulis occurrat, et in hujus ipſius pſalmi altero exemplari habeatur, ſuſpicio inde mihi nata eſt, ex margine in textum irrepſiſſe, neque enim ad verſum neceſſaria eſt, nec uſquam alias in pſalmis ſic abſolute poſitum reperitur pro* ſapiente. — נפשו *animam ſuam*, aut ſimile quid, ſubaudiendum cenſuit Cl. *Clericus*. Vide, ſis, annot. ad locum.

In ſexto verſiculo τω אלהים præfigitur אֵת *Sed*, ut recte monet *Harius*, *verſus reſpuit, niſi pro* elohim *legatur* jahvoh, *vel copula inſeratur ante doreſ, ut in Gr. V.* συνιων η εκζητων. *Vid. Pſ.* 34. *v.*11. *et* 69. *v.* 33. Malim poſterius.

Pſ. 14. p. 3.

הכל סר יחדו נאלחו
אין עשה־טוב אין גם־אחד׃

Pſ. 53. p. 3.

כלו סג יחדו נאלחו

אין עשה טֹב אין גם־אחד׃

Pro הכל Pſ. 14. verſic. 7. in Pſ. 53. eſt כלו; et pro סר, סג. Græci utrobique, παντες εξεκλιναν.

Pſ. 14. p. 4.

הלא ידעו כל־פעלי און

10. אכלי עמי * אכלו

לחם * יהוה לא קראו׃

Pſ. 53. p. 4.

הלא ידעו פעלי און

10. אכלי עמי * אכלו

לחם אלהים לא קראו׃

In verſiculo nono Pſ. 14. legimus כל־פעלי: כל vero corrumpit verſum, et abeſt a loco parallelo Pſ. 53.

Ante אכלו, in utroque exemplari, deeſt כ; quod ſenſus pariter ac metrum inſeri jubet. Cl. *Clericus* ſubintelligit כאשר.

Verſiculus undecimus Pſ. 14. habet יהוה: ſed verſiculus parallelus Pſ. 53. אלהים: Et ſic verſus legi poſtulat, qui alias mancus eſt.

Pſ. 14. p. 5.

שם פחדו פחד*****

כי אלהים בדור צדיק עצת עני

תבישו כי יהוה מחסהו׃

Pſ. 53. p. 5.

שם פחדו פחד לא־היה פחד
כי אלהים פזר עצמות חנך
הבישתה כי־אלהים מאסם׃

Tria verba e verſiculo duodecimo Pſ. 14. excidiſſe, et metrum et locus parallelus Pſ. 53. ſatis indicant. Quin et idem ex verſione Græca manifeſtum eſt, quæ hic habet, ου ουκ ην φοβος. quomodo לא־היה פחד redduntur Pſ. 53. Sic quoque *Vulgat. Arab. Æthiop.* Cl. *Clericus* aut vetuſtate deleta, aut, propter repetitionem vocis פחד in antecedentibus verbis, (quæ frequentiſſima, ut ſupra dictum, ratio eſt omiſſionum in veteribus libris,) a librariis omiſſa fuiſſe exiſtimat. Vide, ſis, Annot. ad Pſ. 14. v. 5. et ad Pſ. 53. v. 6. necnon Art. Crit. P. 3. S. 1. C. 5. et 16. §. 12. *Pſ. 14. v. 5.* inquit eruditiſſimus *Cappellus, omittuntur iſta* לֹא הָיָה פַּחַד cum non eſſet pavor, *quæ habentur Pſ. 53. v. 6. et utrobique agnoſcuntur a LXX. neque omitti debent, tum quia ſenſus id poſtulat, frigidum nempe eſſet prorſus dicere tantum,* iſthic timebunt, *ni addas,* ubi non eſt pavor, *tum quia uterque Pſalmus eſt repetitio ejuſdem rei totidem verbis.* Crit. Sacr. lib. 4. c. 17. §. 10.

In verſiculo decimo tertio Pſ. 14. legitur אלהים: Sed metrum יהוה legendum eſſe oſtendit.

In hoc autem et ſequente verſiculo ſex alia verba, ex *Clerici* ſententia, vitiata ſunt: *Nam,* inquit ille, *pro* פזר עצמות (quæ in loco parallelo Pſ. 53. habentur,) diſſipabit oſſa, *eſt* בדור צדיק עצת in generatione juſta conſilium; *pro* חנך הבישתם obſeſſoris tui, pudore eos afficies, עני תבישו pauperis pudefacietis; *denique pro* אלהים מאסם Deus repudiavit eos, יהוה מחסהו Jehova fiducia ejus. *Hebraice ſcientes facile in hiſce verbis animadvertent litteras ejuſdem organi eſſe miſtas; atque hinc forte depravatio loci cœpit; dein non ſatis integris cæterarum litterarum veſtigiis, librarii ſenſum, quem non inveniebant, fecerunt.* Ars Crit. P. 3. S. 1. C. 16. §. 12. Vide etiam Annot. ad Pſ. 14. v. 5. et 53. v. 6.

Hæc, pro more ſuo, ſatis ingenioſe vir illuſtriſſimus: Vix autem, quod cum bona ejus manium venia dictum velim, vera eſſe, crediderim: Nam, ut *Harii* verbis utar, *Hæc periodus adeo diverſa eſt ab illa, quæ habetur in Pſal.* 53. *ut tam immanem differentiam vix putem ex eo oriri, quod iſte Pſalmus ex alio codice, eoque meliore, exſcriptus ſit, quod cenſuit Cl. Clericus; ſed immutationem hanc conſulto factam fuiſſe, ut rei melius conveniret quæ occaſionem ei repetendo dederat; vix enim fieri poterat, quin tot immutationes in tam paucis verbis, ſi incuriæ exſcribentis*

ſcribentis deberentur, metrum, aliqua ex parte, corrupiſſent. Annot. ad loc. Huc etiam accedit, quod locus, qualis hic exprimitur, ſenſum ſatis commodum fundat, ut videre eſt in noſtris ad hunc Pſ. annotat. et *Clerici* paraphraſi, quam ſi ita libeat, adi.

Pro *honac* Pſ. 53. verſic. 13. *Harius*, metri gratia, legit *honeca.* Facile autem adducor, quemadmodum in annotat. ad loc. lectorem monui, ut חנפים lectionem genuinam eſſe, credam; cum non tantum metrum expleat, verum etiam Græca verſione firmetur, quæ habet ανθρωπαρεσκων· ut et *Vulgat. Syr. Arab. Æthiop.** Tum præterea, ſenſum expeditiorem reddit, atque appellatio eſt, quæ in aulicos, idque genus homines, optime quadrat. Vide *Theophraſt.* Charact. cap. 6. περι Αρεσκειας. Meam etiam hujus loci interpretationem illuſtrare et quodammodo corroborare videntur, quæ habet *Xenophon* in *Cyri* inſtitutione, lib. 7. pag. 408. Edit. Hutchinſonianæ: Και τουτον

μεν

* *Item Caph* ך *finale et* ף *Phe finale. Pſal.* 53. 6. nam Dominus diſſipavit oſſa חֹנָךְ caſtrametantis adverſus te, *hoc eſt, inſurgentium in te. LXX.* θεος διεσκορπισε οστα ανθρωπαρεσκων. *videntur legiſſe* חָנֵף, *hoc enim ſignificat* hypocritam, *hypocritæ autem ſunt* ανθρωπαρεσκοι, *hominum nempe captant laudem et gloriam.* Cappell. Crit. Sacr. lib. 4. cap. 5. §.17.

μεν οι συν Γαδατα και Γωβρυα πολλοι εχειρουντο· και ΟΙ ΣΥΝ ΑΥΤΩ δε απεθνησκον, ο μεν, προβαλλομενος τι, ο δε, φευγων, ο δε γε, και αμυνομενος οτω εδυνατο. Sed hæc obiter: Ad rem igitur redeamus. Periodus ſexta, quæ et ultima, Pſ. 14. ſic habet:

15. מי יתן מציון ישועת ישראל
בשוב יהוה *שבות עמו
יגל יעקב ישמח ישראל:

Pſ. 53. p. 6.

15. מי יתן מציון ישועות ישראל
בשוב אלהים שבות עמו
יגל יעקב ישמח ישראל:

Vox ישראל in primis harum periodorum verſiculis ex ultimis irrepſiſſe *Hario* merito videtur: Qua ſublata, ישועות, quod in Pſ. 53. legitur, in Pſ. etiam 14. legendum erit. In proximo hujus Pſ. verſic. את ante שבות inſeruit *Harius* propter verſum. *Et ſic fere ſemper ſit*, ut recte obſervat, *ut* את *huic voci præponatur, ut liquet ex Concord.* Vide annot. ad loc. In loco igitur parallelo Pſ. 53. idem faciendum, atque adeo יהוה pro אלהים reponendum cenſeo. Græci utrobique κυριον· Verſ. *Syr. Æthiop.*

Jam vero mendis, quæ hoſce Pſalmos commacularunt, enumeratis, conſtabit, decem in Pſ. 14. octo in Pſ. 53. irrepſiſſe: Illorum, quæ Pſ. 14. tria tantum, quæ Pſ. 53. inſiderunt, non

non niſi unum, metri ſolius ope, deprehenditur: Cætera antiquæ verſiones, ſenſus, conſtructio, imprimiſque loci paralleli invicem collati, æque ac metrum, indicant. Cum utrique vero pſalmi ſex tantum periodis conſtent, in poſteriore quot periodi, tot menda eſſe, in priore menda periodos numerum exſuperare, ſatis tuto affirmari poſſit. Quæ cum ita ſint, hoſce pſalmos aut ſcribentium feſtinatione atque incuria, aut temporis injuria, multum labis accepiſſe, quis, cui ſanum eſt ſinciput, diffiteri ſuſtinuerit? quis, niſi mentis inops, ſacri codicis αναμαρτησιαν hic loci tueretur?

Kennicottus noſter in ſecund. Diſſertatione, pag. 567. nobis certius fecit, in επινικιω Davidis, quod habetur in 2. Sam. 22. et poſtea inſertum eſt libro pſalmorum, eſtque 18. numero, Codd. noſtros MSS. quos cum impreſſis exemplaribus in *Waltoni* Bibl. Polyglott. contulit, pluſquam ſexcenis locis ab iis diſcrepare; neque tamen, id quod lectores monet, omnium MSS. αντιβολην inſtituerat. Librum igitur pſalmorum mendis obſitum eſſe, non ſolum, ut videmus, ex locis parallelis inter ſe collatis, ſed multo etiam magis ex Codd. MSS. manifeſtum eſt.

Cæterum paucas ex his variis lectionibus a

Kenni-

Kennicotto collectis, atque in eximia ſua Diſſertatione modo memorata exhibitis, (Vid. pag. 568.—570.) non abs re fuerit huc transſferre; eoque magis, quod *Harii* emendationes, atque adeo metricæ ejus veritatem, firment, ſtabiliantque. Vide pag. 134. 300. 340. 341. hujuſce Diſſertat.

Pſ. 18. ℣. 7. Codd. MSS. habent וישמע, quomodo, metri gratia, legit *Harius.*

Ibid. Vocem לפניו omittunt: — *Hic vero,* inquit epiſcopus, *ante* tabo *eſt* lipnav, *ſed et ſenſus et metrum reſpuit. Huc forte ex margine irrepſit, ubi poſitum fuit ut correctio* τȣ piv, *v.* 21. Annot. ad loc.

v. 41. Codd. MSS. exhibent ואצמיתם: Copulam propter verſum inſeruit *Harius.*

v. 43. In MSS. Codd. leguntur כעפר ארץ על; quam lectionem *Harius* etiam utpote veram exhibet; ה τω ארץ præfixo ad complendum verſum. Quod ſi רוח pro diſſyllabo habitum *ruah* pronunciemus, (Vide *Greyii* noſtri annot. ad v. 1. Ult. verb. *Davidis*;) nihil opus erit præfixo ה.

v. 49. Pro חמס, חמסים in plur. reponit *Harius*: cui lectioni quatuor Codd. MSS. aſtipulantur.

v. 50. בגוים יהוה tranſponunt tres Codd. MSS. יהוה בגוים. Idem fecit *Harius.*

Illud

Illud vero obiter obſervandum, quod hic exſtat exemplar, altero illo quod in 2. Sam. 22. habetur, emendatius in pleriſque et accuratius eſſe, ut ex horum exemplarium collatione, ita ex Codd. MSS. ſatis liquet. Hinc etiam patet, *quam parum conſiderate ſe gerant*, ut *Clerici* verba uſurpem, *qui in tanta varietate lectionis negant quidquam labis ſacris Hebræorum libris ineſſe.* Vid. annot. ad 2. Sam. 22. v. 1. Idem vir ſummus annot. ad v. 51. hæc habet: *Quiſquis, his obſervatis varietatibus, quarum pleræque ex ſimilitudine litterarum, aut ſynonymorum verborum confuſione, omiſſioneque et additione nonnullarum vocularum ortæ ſunt, non animadvertit eſſe varias lectiones, quales ſunt in omnibus MSS. etiam ipſius novi teſtamenti, næ is Criticæ non litavit, nec idoneus eſſe poteſt ullius antiqui ſcriptoris, cujus autographum periit, interpres.*

Sed et aliæ quædam variantes lectiones ex Codd. MSS. petitæ apud *Kennicottum* extant, quæ ab Harii emendationibus ſtant: Vid. *Har.* annot, ad Pſ. 16. per. 10. 22. p. 17. 25. p. 17. 59. p. 11. Edit. *Har.* et confer quæ habet *Kennicottus* Diſſert. I. p. 499.—502. et II. p. 108. 329. 346. 347. 469 .563. Vid. etiam pag. 340. 341. horum Proleg.

Ex iis, quæ hactenus diximus, luce meridiana,

diana, ni fallor, clarius eſt, librum Pſalmorum mendis ſcatere. *His igitur*, ut *Harii* exemplum ſequutus verbis ejus etiam utar, *unum tantum, ſed quod mille inſtar, argumentum addam. Dicant mihi, ſi placet, integritatis hujus illibatæ vindices, quid facilius fuit, quam eos ſaltem pſalmos, qui alphabetico ordine conſcripti ſunt, integros, mendique immunes conſervare, iis præſertim locis, quibus Alphabeti literas librarii veræ ſcripturæ indices habuerunt? Nihil tamen certius, quam his ipſis in pſalmis ſæpius erratum eſſe; interdum periodo ſua deeſt litera, ut Pſal.* 25. *p.* 2. *et* 6. 34. *p.* 7. 37. *p.* 28. *interdum duæ periodi ab eadem litera incipiunt, ut Pſal.* 25. *p.* 18. 19. *nonnunquam litera ex abundanti periodi capiti præponitur, ut Pſ.* 37. *p.* 39. *qua literarum ſeries turbatur, venuſtaſque illa, quæ hac ſcribendi ratione captata eſt, invenuſta redditur; imo ſemel ſaltem in pſalmis hiſce integra periodus deſideratur. Hujus poſtremi errati clariſſimum exemplum eſt, Pſ.* 145. *in quo excidit periodus, quæ a litera* nun *inchoata fuit. Et quo omnes cavillandi anſæ præcidantur, manifeſtum eſt librarios in hunc errorem incidiſſe poſt illa demum tempora, quibus pſalmorum liber Græce verſus eſt. In illa enim verſione periodus iſta etiamnum ſupereſt. Nec quiſquam cauſetur, Græcos interpretes hoc de ſuo addidiſſe; obſervandum enim eſt, nihil illos*

potuiſſe

potuiſſe in hanc fraudem illicere, cum literarum Alphabeti ordo in Græcis ſervari non potuerit, neque adeo quicquam verſionis iſtius elegantiæ, ex unius aut plurium periodorum abſentia, deceſſiſſet. Qui igitur tam claro certoque exemplo obniti poſſunt, fruſtra cum iis contenditur, nullis argumentis in re etiam manifeſtiſſima revincendi ſunt; non perſuadebis licet perſuaſeris. Prolegom. in Pſalm. pag. 43. 44.

Nunc itaque ad hiſtoricos noſtros revertamur, qui ita pergunt:——*illo præſertim, quod in pluribus ejus operis locis affirmat vir reverendiſſimus, admiſſo, magnum iſtarum depravationum numerum, non incuria librariorum atque inſcitia, in contextum illapſum eſſe, ſed Judæos ipſos ſuperſtitione, aut malo etiam animo adductos intruſiſſe.*

Nuſquam vero, quod ſciam, docet *Harius*, " Judæos ſuperſtitione aut malo conſilio ad-" ductos librum pſalmorum corrupiſſe:" Noſtrorum erit loca proferre, in quibus hoc traditur. Judæos quidem cum inſcitiæ, tum negligentiæ in ſacris codicibus conſervandis, (quod ſane inter omnes in hiſce rebus paulo verſatiores conſtat; * a nobis etiam, niſi nos ratio fugit,

* ——*Parum juvat,* inquit *Claudius Cappellanus,* (Vid. pag. 337. hujuſce Diſſertat.) *multis fabulis extollere tam accuratam Judæorum ſinceritatem, fidem, et religionem*

fugit, ſatis demonſtratum eſt, pag. 90.—106. 261.—274. horum Prolegom.) iterum et ſæpius arguit epiſcopus. Hoc vero perinde eſſe ac ſi illos ſacram ſcripturam, falſariorum more, mala fide, vitiaſſe atque adulteraſſe, affirmaſſet, quis dixerit? Quam igitur culpam *Hario* temere exprobraverunt, illam ipſam noſtri revera in ſe admiſerunt.

Quod ſi epiſcopus noſter Judæos ſacri codicis, dedita opera, et conſulto depravati, diſertis verbis, inſimulaſſet, hoc non fuiſſet niſi criminis, cujus manifeſti ſunt, reos illos agere. *Kennicottus* noſter multis probavit, celebrem illum locum Deuteronom. 27. ℣. 4. (adeoque locum parallelum Joſ. 8. ℣. 30.) Judæos,

ligionem, in exſcribendis ſacris codicibus. Tempus, veritatis parens, quantum ejuſmodi relationibus tribuendum ſit, nos edocuit. His enim eruditis temporibus, quibus literæ orientales melius Chriſtiano orbi innotuerunt, jamdudum ab ejuſmodi tam craſſis erroribus emerſerunt Chriſtiani doctores. — Olim non ſatis explorata erat Maſoretarum critica hiſtoria: ut teſtatur Buxtorfius, *qui in* Tiberiade *conqueritur, quod multi de Maſora loquantur temere.* "Pauciſſimi *(inquit)* Maſoræ veram notitiam hactenus conſecuti; plurimos autem vidi de Maſoretis, magis ſecundum affectus animi præjudiciis gravati, quam vera ſcientia imbuti, judicare. Hiſtoriam itaque, ut potui, pertexui; menda ſuſtuli—nec tamen credas omnia eſſe correcta—pudenda eſt hic Judæorum negligentia, immanis incuria et oſcitantia, ad manifeſtiſſima vitia cæcutiviſſe &c.

dæos, præ odio Samaritarum, corrupiſſe, pro eo ſcil. quod contextus ſacer habuit, et in Pentateuch. Samarit. legitur, גרזים, עיבל ſubſtituentes: Lib. etiam Judic. cap. 18. ℣. 30. idem illos feciſſe, et quidem ipſis fatentibus, fuſe oſtendit vir doctiſſimus. Quin et ℣. 2. cap. 5. Mich. et cap. 20. Exod. ab iiſdem vitiata eſſe, quinque verſ. qui in Codice Samarit. exſtant, loco poſteriori detractis, ſatis conſtat. Vide Cl. *Kennicotti* Diſſertat. II. de *Statu Hebraici Textus* &c. pag. 25. 47.—59. 76. 99. 116. 121. et 253.—255. (ubi nonnulla, ad rem, quam nunc agimus, facientia habentur ex *Cappellani* libello, cui titulus, *Mare Rabbinicum infidum*, deprompta:) Vid. etiam pag. 305. 307. 309.—311. 313. 365. 367. 462. 464.

Nonnulla quoque *Hieronymus* hanc in rem habet in comment. ad Galat. 3. ℣. 10. digna omnino, quæ huc transferantur, quamvis paulo prolixior ſit locus: *Hunc morem habeo*, inquit ille, *ut quotieſcunque ab apoſtolis de veteri inſtrumento aliquid ſumitur, recurram ad originales libros, et diligenter inſpiciam, quomodo in ſuis locis ſcripta ſint. Inveni itaque in Deuteronomio hoc ipſum apud LXX. interpretes ita poſitum*, maledictus omnis homo, qui non permanſerit in omnibus ſermonibus legis hujus.— *Ex quo incertum habemus, utrum LXX. interpretes*

L

pretes addidderint omnis homo *et in* omnibus, *an in veteri Hebraico ita fuerit, et poſtea* A JUDÆIS DELETUM SIT. *In hanc me autem ſuſpicionem illa res ſtimulat, quod verbum* omnis *et in* omnibus, *quaſi ſenſui ſuo neceſſarium, adprobandum illud, quod* quicunque ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſint. *Apoſtolus, vir Hebrææ peritiæ, et in lege doctiſſimus, nunquam protuliſſet, niſi in Hebræis voluminibus haberetur. Quam ob cauſam Samaritanorum Hebræa volumina relegens, inveni* כל *(quod interpretatur* omnis *ſive* omnibus,) *ſcriptum eſſe, et cum LXX. interpretibus concordare. Fruſtra igitur* ILLUD TULERUNT JUDÆI, *ne viderentur eſſe ſub maledicto, ſi non poſſent* omnia *complere quæ ſcripta ſunt : cum antiquiores alterius quoque gentis literæ id poſitum fuiſſe teſtentur.* Adi quoque, ſi libeat, *Huetii* Demonſtrat. Evangel. Propoſ. 3. §. 10. 13.*

Etſi

* Hinc colligere eſt, iis quæ *Joſephus* habet lib. 1. contra *Appionem*, §. 8. (Edit *Hudſon.*) nullam omnino fidem adhibendam eſſe : δηλον δ' εστιν εργῳ πως ημεις τοις ιδιοις γραμμασι πεπιστευκαμεν. τοσουτου γαρ αιωνος ηδη παρωχηκοτος, ουτε προσθειναι τις ουδεν ουτε αφελειν αυτων, ουτε μεταθειναι τετολμηκεν. πασι δε συμφυτον εστιν ευθυς εκ της πρωτης γενεσεως Ιουδαιοις, το νομιζειν αυτα Θεου δογματα, και τουτοις εμμενειν, και υπερ αυτων ει δεοι θνησκειν ηδεως. ηδη ουν πολλοι πολλακις εωρανται των αιχμαλωτων, στρεβλας και παντοιων θανατων τροπους εν θεατροις υπομενοντες,

Etſi vero Judæos nonnullos veteris teſtamenti locos de induſtria depravaſſe, neceſſario concedendum eſt, nihil tamen erit, quod illius auctoritatem periclitari, aut de textu Hebraico actum eſſe, putemus, *cum multa locorum, qualia in aliquot codicibus habentur, ex novo etiam teſtamento proferri poſſent exempla, quibus falſarii ſceleratas manus inferre non dubitarunt. Adi omnino *Clerici* Art. Crit. P. 3. S. 1. C. 15. ubi *de mendis, quæ impoſtoribus tribuenda*, agitur: Hocce caput ita claudit vir ſummus:

Hæc ſunt depravationum manifeſta, niſi fallor, exempla; quæ tamen, ita rem adminiſtrante divina providentia, neminem fallere poſſunt, niſi qui ſponte falli velit; cum antiquiſſimi codices, et priſcæ

τες, επι το μηδεν ρημα προεσθαι παρα τȣς νομȣς και τας μετα τȣτων αναγραφας. Nec ſane temere hiſtorico credendum in iis, quibus, gentis ſuæ gloriam aucupatur. *Quivis certe*, inquit Harius, *cui vel mica ſalis eſt, ſentiat illum hiſtorias ſacras pro arbitrio interpolaſſe, demendo, addendo, immutando, ut Antiquitates ſuas ad lectorum Græcorum et Romanorum palatum accommodaret.* Prolegom. in Pſalm. p. 36.

* *Non nego ſolos Hebraicos codices veritatis Hebraicæ nomine dignos eſſe: neque ſi unus aut alter forte locus eſſet, qui depravatæ lectionis, ex deliberato Judæorum conſilio, argui poſſet, propterea totus eorum hodiernus codex in univerſum abjiciendus eſſet:* una enim hirundo non facit ver: Cappel. Crit. Sacr. p. 582.

priſcæ tranſlationes, et ſcripta veterum patrum ſatis oſtendant, quæ ſit vera locorum, in nonnullis codicibus depravatorum, lectio; ne jam doctrinam ac ſtylum apoſtolorum memoremus. Non eſt religio Chriſtiana res obſcura, et cujus neceſſaria capita obiter tantum adtingantur in apoſtolorum ſcriptis, aut difficulter ex iis colligantur: ex quo intelligere licet, mala manu, difficillime eorum ullum ex hominum memoria deleri potuiſſe. Non moror hic craſſas Marcionitarum et aliorum depravationes, quæ ſtatim retectæ ſunt; et una cum illis merito irriſæ atque exploſæ interierunt.

At noſtri, qua ſunt harum rerum peritia, ſubjiciunt, *Firmiora vero tam gravis criminis populo, qui, quantum conſtat, in contrariam partem potius peccaverunt, objecti, extare oportuit argumenta, quam merum metricæ hujus novæ ædificium,* —— Omnino autem, ni fallor, diſtinguendi erant Judæi, qui erant inferiores quam illorum ætas, qui Maſoram conflarunt, ab iis, qui Maſoretas anteceſſerant. Quod enim hic tradunt noſtri, "populum Judaicum in partem contrariam potius peccaſſe," de Judæis illis ætate poſterioribus ſatis vere dici poteſt, de prioribus non item. Hoc quidem illos docuiſſet *Harius*, ſi modo ejus præfationem, ea, qua par erat, animi adtentione, legiſſent: —— *Illa enim Maſoretarum cura,* inquit

quit vir doctiſſimus, *factum eſt, ut ab illorum temporibus ad hæc noſtra ſacer codex optime conſervatus fuerit, nullaque graviora menda irrepere potuerint. Sed id dolendum, quod ſollicita illa de ſacro codice conſervando cura* ſero nimis *adhiberetur*; *graviter enim falluntur, qui cenſent, veteres Hebræos* ſemper *eandem diligentiam in ſacro codice conſervando adhibuiſſe, aut* ſemper *linguæ ſuæ ſtudio ſollicite incubuiſſe. Hoc temere nimis a multis retro ſeculis creditum: atque hoc fundamento nititur ſententia vulgo recepta de ſacri codicis integritate, eam ſcilicet in exſcribendo illo librariorum fuiſſe curam et peritiam, ut vel a minimis erratis religioſiſſime caverent*; *atque inde factum eſſe, ut teſtamentum vetus multo emendatius ad nos pervenerit, quam novum. Quod verum quidem eſt de codice Hebræo,* ex quo curis Maſoreticis munitus eſt; *ſed nihil hac ſententia minus verum* ratione temporum, quæ illos anteceſſerant. *Cum Maſoretæ de ſacri codicis integritate, qua poterant, conſervanda, ſerio agere inciperent,* jam tum labis multum acceperat, *quam doctores illi tollere vel non potuerunt, vel noluerunt, religioni ducentes quicquam in recepta lectione immutare.* Præfat. Lector. Phil-Hebr. pag. 8. 9. Idem quoque ex eruditiſſimo *Clerico* diſcere licet: *Cum autem Judæi, aliquot poſt ſæculis, animadverterent codices non ſatis emendatos*

 circum-

ferri, quæſitis antiquiſſimis, ſed exiguo numero, ex iis Maſſoram conflarunt, atque deſcriptum iri poſthac codices ſacros decreverunt: Attamen, *non aliter,* ut recte ex *Cappello* ſubdit, *de Judæorum criticis, quos illi* Maſſorethas *vocant, quam de aliis judicandum; adeoque illorum judicium a quovis viro erudito iterum ad examen revocari poteſt.* Ars Crit. P. 3. S. 1. C. 2. §. 7. *Kennicottus* etiam, cujus ſæpius mentionem fecimus, hoc fuſe demonſtravit Diſſertat. II. pag. 267. 305. 307. 313. 314. 336. 340. 349. 350. 363. 433. 434. 436. 437. 441. 451. 452. 468. Quamplurima in textum Hebraicum ante Maſoretarum tempora irrepſiſſe menda, quæ illic habentur, ſatis oſtendunt: Hiſce, pro merito, expenſis, tranſeat lector ad pag. 245. 262.—291. ubi de Maſora agitur; quam licet damnet vir doctiſſimus, (neque id injuria,) utpote quæ ipſa mendis, erroribus, et corruptelis ſcateat, illud tamen, quod apud omnes paulo eruditiores in confeſſo eſt, verum eſſe, innuit, "Temporibus ſcil. Maſoretarum, ſacri codicis "integritati Judæos attentius invigilaſſe, ma- "joremque quam antea illi conſervando cu- "ram adhibuiſſe, ne textus, qui jam pluri- "mum labis acceperat, in deterius rueret:" Vide, præ cæteris, pag. 269. 271. 275. 282. Vide etiam 447.—452. Adi quoque, ſi ita

libeat,

libeat, *Cappelli* Crit. Sacr. p. 300. 301. 303. 325. et Arcan. punctat. lib. 1. cap. 8. §. 16.

Quod ſi, ut noſtri contendunt, veteres Hebræi tam accuratam ſinceritatem, fidem, et religionem, in ſacro codice exſcribendo et conſervando *ſemper* adhibuerint, imo vero, anxia quadam et ſuperſtitioſa ſolicitudine illius integritati invigilaverint, Undenam vaſta iſta lectionum varietas in Codd. MSS. promanavit? Unde turba iſta pene infinita mendorum, depravationum, tranſpoſitionum, luxationum, interpoſitionum, interpolationum, omiſſionum, lacunarum, gloſſematum, &c. in ſacrum codicem influxerunt? * Ut ingenue dicam,

* Vir longe doctiſſimus *Johannes Clericus*, quamplurimos in Textu Hebraico locos aut emendavit, aut ſaltem emendari, et aliter poſſe legi oſtendit: Vid. annot. ad Job. 22. v. 20. 26. v. 13. 32. v. 12. 33. v. 3. 34. v. 14. 18. 31. 36. v. 32. 38. v. 11. 12. Pſ. 10. v. 2. 14. v. 5. 7. 33. v. 15. 34. v. 1. 42. v. 3. 5. 57. v. 7. 58. v. 10. 64. v. 6. 68. v. 24. 69. v. 27. 73. v. 2. 78. v. 49. (Conf. Pſ. 81. v. 17.) 87. v. 7. 106. v. 7. 15. 17. 107. v. 3. 109. v. 24. 119. v. 128. 138. v. 1. 2. 140. v. 11. bis. 144. p. 13. 145. integer verſus 14. omiſſus eſt, atque inſerendus. 147. v. 1. Prov. 1. v. 9. 10. 2. v. 9. 10. 18. 3. v. 8. 4. v. 21. 25. 5. v. 19. 6. v. 5. 9. v. 3. 12. v. 10. 27. 13. v. 6. 15. v. 14. 21. v. 8. 14. 22. v. 20. 24. v. 11. 28. 26. v. 24. 27. v. 16. 28. v. 23. 30. v. 31. Eccleſ. 3. v. 18. 4. v. 10. 10. v. 18. Cantic. 1. v. 4. 7. v. 9. Eſa. 1. v. 25. 8. 22. 12. v. 2. 14. v. 31. 15. v. 3. 5. 17. v. 9. 18. v. 4. 30. v. 32. 32.

v. 3.

dicam, quod ſentio, integrum hoc noſtrorum objectum vix dignum erat, (Vid. pag. 140. hujuſce Diſſertat.) cui aliud reponeretur, quam quod *Georgio* cuidam *Hornio*, acerrimo Maſoræ

v. 3. 41. v. 25. 42. v. 19. 44. v. 4. 45. v. 2. 47. v. 9. 48. v. 10. 49. v. 7. 53. v. 9. 57. v. 3. 58. v. 13. 64. v. 4. 66. v. 11. Jer. 2. v. 10. 4. v. 30. 5. v. 8. 7. v. 18. 8. v. 9. 9. v. 3. 10. v. 14. 11. v. 15. 12. v. 5. 13. v. 17. 14. v. 17. 15. v. 8. 10. 11. 15. 32. v. 20. Abd. v. 13.

Multa quoque habet de librariorum mendis, et ſuſpectis lectionibus, annot. ad Joſ. 7. v. 1. 17. 9. v. 4. 13. v. 23. 16. v. 5. 17. v. 11. 18. v. 28. 19. v. 3. 21. v. 36. 22. v. 34. Judic. 1. v. 1. 7. v. 3. 16. v. 2. 18. v. 7. Ruth. 1. v. 13. 1. Sam. 2. v. 21. 6. v. 18. 15. v. 9. 16. v. 12. 20. v. 2. 30. v. 9. 2. Sam. 6. v. 2. 21. v. 19. Non poſſum quin quæ ad hunc locum annotavit vir eruditiſſimus, integra fere exſcribam: *Quiſquis hæc paullo adtentius comparabit cum* 1. *Par.* 20. *v.* 5. *videbit mendoſa eſſe. Pro his verbis, quæ hic leguntur,* Percuſſit Elchanan, בן יערי אורגים בית הלחמי את גלית *habemus multo melius,* Percuſſit Elchanan, בן יעיר את לחמי אחי גלית Jahiris filius, Lachmin fratrem Goliathi, *ut ad eum locum oſtendam. Recte* Joan. Piſcator *animadvertit mendoſum eſſe hunc locum.* (Vid. omnino *Kennicotti* Diſſertat. I. p. 78. — 81.) *Qui talia negant, aut pertinacia ducti, aut imperitia, aut præconceptis opinionibus occæcati, negant. Putant nonnulli, ſe melius conſulere auctoritati Scripturæ, negando ei ulla ineſſe menda; ſed ſi verum ſit, menda ei ineſſe, male profecto illi conſulunt, dum veritatem, ope mendacii, defendere conantur; quod ſat multis oſtendit in* Critica Sacra Lud. Cappellus. *Quærendum eſt quomodo, admiſſis nonnullis mendis librariorum, quæ negari nequeunt, ſarta tecta eſſe queat Scripturæ auctoritas; non quomodo negemus quod manifeſtum eſt, quæ eſt nonnullorum pervicacia.*

ræ propugnatori, inter alia quædam, reſpondit *Voſſius* : "Auſim affirmare, vos poma aut "nuces cogitaſſe, cum hæc ſcriberetis : Videte, ne decipiamini, boni viri."

Atque

cacia. 2. Reg. 11. v. 6. 16. v. 10. Job. 3. v. 5. 4. v. 6. 5. v. 21. 9. v. 19. 12. v. 5. 17. v. 7. 16. 39. v. 13. Pſ. 2. ult. 9. v. 13. 19. 10. v. 2. 24. v. 1. 25. v. 1. 2. 5. 18. 30. v. 13. 32. v. 9. 34. v. 1. 53. v. 6. 59. v. 5. 6. 60. v. 13. 76. v. 11. 88. v. 17. 89. v. 39. 96. v. 12. 114. v. 2. 8. 119. v. 167. 139. v. 20. 21. 147. v. 1. Prov. 9. v. 11. 14. v. 10. 18. v. 22. 24. 20. v. 25. 21. v. 7. 14. 22. v. 4. 5. 25. v. 4. 26. v. 6. 7. 24. Eccleſ. 12. v. 4. Eſa. 7. v. 5. 9. v. 7. 23. v. 15. 28. v. 28. 36. v. 3. 17. 53. v. 9. 10. Jer. 6. v. 6. 18. 8. v. 5. 10. v. 7. 10. 11. v. 15. 17. 15. v. 8. 27. v. 1. 3. conf. 28. v. 1. 30. v. 12. 23. 31. v. 22. 32. v. 20. 34. v. 5. 50. v. 2.

Sed et nullus dubitat Cl. *Clericus*, quin anomaliæ iſtæ, generum enallagæ, duræ conſtructiones, vocum tranſpoſitiones, &c. quæ in textu Hebræo tam frequenter occurrunt, errantibus librariorum calamis, maximam partem, debeantur ; ut videre eſt in annot. ad Num. 5. 18. 1. Sam. 15. v. 22. 25. v. 31. 2. Sam. 22. v. 40. Hic autem virum illuſtriſſimum iterum audiamus : *Jam dudum mihi perſuaſi, multas anomalias et forte pleraſque, non ab uſu linguæ ſacræ, hominumque veræ orthographiæ peritorum manaſſe, ſed a* librariorum negligentia ; *unde natæ ſunt exceptiones innumeræ, quas regulis grammaticis adjectas videmus*, quæ nullæ eſſent, *ſi emendatiores et antiquiores codices nobis ſupereſſent. Liquet hoc cum ex multis aliis exemplis, tum ex collatione hujus Pſalmi, cujus exemplar, quod hic exſtat, multo plures anomalias ſuppeditat, quam exemplar, quod in libro Pſalmorum legitur, quod emendatius et accuratius eſt.* 2. Reg. 7. v. 11. 19. v. 21. 2. Ephem. 3. v. 1. Job. 4. v. 6. 6. v. 3. 9. v. 19. 17. v. 16. 21.

v. 10

Atque hæc ſunt, quæ hiſce quatuor objectionibus reponenda habui. Nonnullas ex præcipuis rationibus, quibus noſtri adducti ſunt, ut metricæ *Harianæ* fundamenta accuratius excuterent, iis contineri, ipſi lectores docent.

Hanc autem hypotheſin non tantum "in-"ſtabili, ſed ſæpe etiam pravo prorſus et præ-"poſtero fundamento niti, ex iis, quæ poſtea "ſequuntur, ſatis manifeſtum futurum," ſpem ſummam concepiſſe videntur.

Hoc ſane non poſſum quin vehementiſſime mirer: Nam, ut libere liceat loqui quid de his quoque ſentiam, longe futiliora atque ineptiora, quam præcedentia, eſſe videntur: eo uſque, meo quidem animo, inſulſa ſunt et abſurda, ut vix ſciam, an ad riſum excitandum, an ſtomachum movendum, magis ſint idonea. Profecto pudet me hiſtoricorum noſtrorum, qui tam puerilia effutire, tam ανεμωλια βαζειν ſuſtinuerint; eoque magis, quod nunc non agitur

v. 10. 30. 22. v. 20. 26. v. 13. 27. v. 8. 30. v. 24. 39. v. 13. 16. Pſ. 16. v. 3. 17. v. 14. 49. v. 20. 58. v. 10. 63. v. 2. 75. v. 5. 78. v. 15. 87. v. 3. 118. v. 10. 11. 12. 141. v. 10. Eccleſ. 9. v. 12. Eſa. 8. v. 22. conf. Eſa. 18. v. 2. Jer. 11. v. 15. 15. v. 8.

Cæterum, ingentem mendorum numerum in libros veteris teſtamenti irrepſiſſe, præter *Clericum*, oſtendit etiam, ut omnes norunt, *Lud. Cappellus* in Crit. Sacr. paſſim.

agitur de hypotheſi a ſciolo neſcio quo, malo auſpicio, excogitata: Agitur de METRICA HARIANA, quæ viro non minus ingenio, quam eruditione claro, originem ſuam debet.

Qui vero factum eſt, viri doctiſſimi, ut nunc ineptias pene aniles, nunc ratiocinationes minus firmas, ne dicam turpes paralogiſmos, lectoribus obtrudere non dubitaveritis? Unde ordo ille confuſior, ſtylus non ſatis caſtigatus, nec perſpicuus, monſtra vocum et loquutionum? Quare vero lectorum auribus ſuus honos nullus fuerit habitus? ſed contra, barbaris iſtis, et pene Sarmaticis verbis *bitóny*, *bipedality*, atque miris illis loquutionibus, *ſtumbling upon a variety*, — *conſtant ſtretching*, *diſlocating*, *amputation*, — *inſurmountableneſs of a thing*, — aliiſque id genus, radere et perſtringere ſatius eſſe duxeritis? Qui contigit, inquam, ut tot, tantaque peccata in recte ratiocinandi regulas, atque certas accurate concinneque ſcribendi leges admiſeritis? Dicite quæſo: nam ad me quod attinet, non modo non capio, ſed ne divinare quidem poſſum; niſi id forte, quod ſupra ſignificavi, dicendum eſt, vos, cum haſce objectiones ſcriberetis, aliud egiſſe: Vix enim crediderim, vos emendate ſcribendi, accurateque ratiocinandi canones ignorare; aut iis demum annumerandos

eſſe,

eſſe, qui illorum cognitionem nulli eſſe uſui, perſuaſum habent, et ne titivilitii quidem pendunt. Verum ut ut ſit, non eſt cur ſingulis veſtris animadverſionibus particulatim diſcuſſis, lectoribus ideo tædium pariam, et ludibrium debeam, quod vos nihil moremini quo minus illas legentibus nauſeam creetis, et deridiculo ſitis. Igitur ſumma tantum capita excerpam; ea ſcilicet, quæ digniora, quibus breviter reſpondeatur, eſſe videntur. Cætera miſſa faciam: quo pacto et meæ operæ, ni fallor, et lectoris otio, et veſtræ exiſtimationi, (qua integra, *Harium* poſſe defendere maluiſſem,) parcam.

Primo autem objicitis, "Pſalmum alphabeticum, quo exempli loco uſus eſt *Harius*, brevius eſſe, quam ut iſtam in metris varietatem ſuppeditet, quam in aliis pſalmis alphabeticis, qui in longius exeunt, quales ſunt Pſal. 25. 34. 37. in primiſque 119. videre eſt."

Reſpondeo, Cum eadem ſit in hiſce pſalmis, quæ in Pſ. 111. linguæ Hebraicæ indoles, eaquoque utrobique erit metrorum ratio: Ita vero, ut ſæpius jam vidimus, comparata eſt hæc lingua, ut verſus *rhythmicos* ferre non poſſit. Certiſſime etiam ex carminibus alphabeticis conſtat, ομοιοτελευτα ad verſuum conſtitutionem

tionem non eſſe neceſſaria, licet libere iis utantur poetæ ſacri. Quæ cum ita ſint, ſequitur, "Verſum in poeſi Hebraica ex uno ſyllaba-"rum numero pendere;" adeoque nullas alias eſſe poſſe carminis varietates, niſi quæ ex pari, aut impari, ex majore, aut minore ſyllabarum numero oriantur. Harum vero varietatum exempla pſalmus brevior, quo uſus eſt *Harius*, perinde atque longiores illi a vobis memorati, præbet.

Porro autem, non verum eſt, quod noſtri innuunt, *Harium* unum tantum Pſalmum, unde canonas ſuos peteret, ſelegiſſe: Quis enim ignorat, qui ejus Prolegomena vel raptim legerit, tres pſalmos, qui hunc proxime excipiunt, a viro doctiſſimo diligentiſſime expenſos, quæque in illis de novo obſervanda exiſtimavit, apud lectorem ſumma cura expoſita eſſe, ad illa, quæ ad Pſ. 111. annotaverat, corroboranda atque firmanda. Illud etiam notatu dignum, Pſalmum 112. ipſum quoque ad prioris formam ordine alphabetico conſcriptum eſſe: Decem periodis utroſque conſtare: adeoque hoſce duos pſalmos, periodorum conjunctim ratione habita, a numero periodorum, quæ in pſalmo alphabetico 25. aut 34. continentur, duabus tantum periodis abeſſe.

quæ

Quæ vero *Harius* noſter de his quatuor pſalmis habet, Prolegom. p. 25. ſi quæ alia veriſſima ſunt: *Hæc ſunt, quæ in his quatuor pſalmis, qui ſunt et breviſſimi, et facillimi, duxi annotanda; quibus lector paulo attentior ſenſim adducatur ad poeſeos Hebr.* naturam atque indolem penitus perſpiciendam; *qui, ſi hos hymnos iterum atque iterum legerit, donec memoriæ alte infigantur, facile metrum et numeros aſſequi poſſit per* totum Pſalmorum librum, *ubi non obſtant vel prava punctatio, vel mendoſa lectio.* Ut enim rem in pauca conferam, Eadem per totum Pſalmorum librum eſt linguæ Hebraicæ indoles: Hæc autem eſt ejuſmodi, ut illas duntaxat metri varietates, ad ſummam rei quod attinet, pati poſſit, quas in hiſce pſalmis, æque quam in aliis quibuſque, reperire eſt. Igitur qui horum hymnorum metrum et numeros recte norit, metrum quoque et numeros per integrum Pſalmorum librum noverit.

Hinc jam liquet, quam imprudenter noſtri ſcripſerint, "tam venuſtam metri varietatem "in Pſalmo 119. (præ aliis ſcil.) elucere, ut "univerſæ poeſeos Hebraicæ compendium "quoddam continere videatur." Tantum mehercule abeſt, ut hoc verum ſit, ut ſatis ſuperque conſtet, illum non ſolum ſtylo eſſe humili, nec materia referto, nec figuris ornato,

to, ſed etiam, id quod recte docet *Harius*, *numeros ejus multis in locis parum habere iſtius venuſtatis, elegantiæ, atque artis, quæ in pleriſque aliis elucent.* Noſtrorum itaque erit haſce varietates indicare, propoſitiſque exemplis, ſibi fidem facere.

Poſtea epiſcopo exprobrant hiſtorici noſtri, quod " nunc triſyllaba in diſſyllaba contraxe-" rit, nunc, vice verſa, diſſyllaba in triſylla-" ba, metri gratia, produxerit; imprimis au-" tem, quod Dei nomina יה, יהוה, et אלהים, " alio aliud, tam frequenter, pro libitu, mu-" taverit, ut uno Pſalmo, 68.vo ſcil. octodecim " uſque vicibus, hoc facere non dubitarit."

Quod ad priorem hujus objectionis partem, ſatis, ni fallor, ab ipſo *Hario* reſponſum eſt, Canon. 11. quem integrum exſcribam:

Poſtremo, Hebraicam poeſim ſyncopis, eliſionibus, apocopis, paragogis, ellipſibus, aſyndetis, pleonaſmis, repetitionibus, aliiſque modis uti, quibus et voces, et verſus, vel contrahuntur, *vel* producuntur, *non opus eſt ut dicam, nedum ut exempla ſingulorum afferam, cum his ſubſidiis* nulla poeſis, cujuſcunque generis ſit, aut quacunque lingua ſcripta, *carere poſſit.*

De poſteriore, quis neſcit, qui vel primoribus labris Artem criticam attigerit, frequentiſſime contigiſſe, ut literæ, ſyllabæque a librariis

brariis minus diligentibus, nunc omitterentur, nunc infarcirentur, ex eo quod eædem literæ, aut ſyllabæ proxime præceſſerant? Quis porro ignorat, ו et י literas eſſe figura valde affines? (nam ſi literam ו aliquantulum decurtaveris, fiet י, et contra, litera י paululum deorſum producta fiet ו;) et in literis affinibus a librariis crebro erratum eſſe, quippe illas ſæpe confuderunt, atque inter ſe miſcuerunt?

Ex hiſce autem cauſis ſine dubio factum eſt, ut vox יהוה (quæ, ob literarum ו et י affinitatem, ad יהיה quam proxime accedit, immo, perinde atque ſi revera יהיה eſſet, haud immerito haberi poſſit,) pro יה, et, vice verſa, יה loco τȣ יהוה, ſæpius in Pſalmis depingeretur. His adde, quod, cum apud Judæos, prout ex multis veteris teſtamenti locis conſtat, nunc plene יהוה, nunc contracte יה, ſcribere moris eſſet, (Vid. *Cappell.* Diatrib. de nomine אלהים, pag. 667. Diatrib. de nomine יהוה Defenſ. p. 713. 718. 724.) facillime contingere potuit, ut librarii non ſatis adtenti alterum pro altero imprudentes exararent.

Idem fere de tertio illo nomine אלהים dici poteſt: Cum enim, ut omnes norunt, eſſet tempus illud, quum hujus nominis (יהוה) in libris et ſermone quotidiano prolationem illicitam

tam crederent Judæi, * aliis, אלהים ſcil. aut אדני, pro eo adhibitis, veriſimile cum primis videtur, librarios, in ſacris libris deſcribendis, haſce voces in locum τȣ יה, aut יהוה crebrius ſuffeciſſe. †

Conſtat autem hiſtoricos noſtros atrocius accipere, præſulem eruditiſſimum יהוה τῳ אלהים ad octodecim uſque vices, in uno eodemque Pſalmo, ſine ulla dubitatione, ſubſtituiſſe. Verum, omnibus probe expenſis, non erit, opinor, cur hoc illis bilem moveat: Nam, ne dicam, id quod omnibus notiſſimum eſt, Pſalmum 68. omnium eſſe longe obſcuriſſimum, labiſque plurimum cum longinqui temporis injuria, tum librariorum inſcitia atque incuria accepiſſe, (Vid. *Lowth.* Prælect. p. 268. et quæ a nobis ad hunc Pſal. annotata ſunt:) adeoque critici manum medicam ſæpius poſtulare,

* Cujus rei rationem, quæ veriſimillima viſa eſt, indicavit Cl. *Clericus* annot. ad Exod. 3. ℣. 14. (Vid. etiam *Cappelli* Diatrib. de nomine יהוה Defenſ. p. 730.) Aliter vero hanc queſtionem ſolvit *Kennicottus* noſter Diſſert. I. 158.—160. et 539. 540. quam, ſi videatur, adi.

† Sed et illos hoc revera feciſſe, certiſſimum eſt: Rem enim extra omnem dubitationis aleam collocant antiqui nonnulli Codd. MSS. Vid. omnino eandem Diſſertat pag. 158. 320. 354. 355. 503. 511. Hoc etiam ex locis quibuſdam parallelis inter ſe collatis patet, ut mox videbimus.

tulare, harum mutationum rationem ſatis validam reddidit epiſcopus noſter, quod ſcil. ſequioribus ſeculis, cum tam religioſe a nomine יהוה proferendo abſtinerent Judæi, אלהים vel אדני pro eo ſuffectum eſt. Quod veriſſimum eſſe, ſatis conſtat ex loco, Judic. 5. ℣. 4. 5. period. 7. 8. hujus Pſal. plane parallelo; ex quo etiam hæ periodi, paucis immutatis, manifeſto deſumptæ ſunt. Hiſce locis parallelis invicem collatis, clare patet, non tantum אלהים in locum τȣ יהוה ter in Pſalmo ſubſtitutum eſſe, ſed etiam ſex voces, ut recte a *Kennicotto* noſtro obſervatum eſt, excidiſſe. Vid. Diſſertat. I. pag. 502. 503. Ut res tamen lectoris oculis ſubjiceretur, hæc duo loca in verſiculos ſuos diſtincta apponere viſum eſt:

Judic. 5. period. 4.
יהוה בצאתך משעיר
בצעדך משדה אדום
ארץ רעשה גם־שמים נטפו
גם־ *עבים נטפו מים:

* Deeſt ה. Vid. Eccleſ. 11. ℣. 3. 12. ℣. 2. Eſa. 5. ℣. 6. Gr. αι νεφελαι.

Pſal. 68. period. 7.
אלהים בצאתך לפני עמך
בצעדך בישימון
ארץ רעשה אף־שמים נטפו
* * * *

Ut

Ut metrum hic conſtet, pro אלהים legendum יהוה, quomodo in loco parallelo legitur:

jahvoh, *bezeteca lipnɛ yammeca,*
bezaydeca biſimon,
erez ravaſah, ap ſamɛm natepu,
gam heyabim natepu maim.

Judic. 5. p. 5.
הרים נזלו מפני
יהוה זה סיני מפני
יהוה אלהי ישראל׃

Pſal. 68. p. 8.
מפני * *
אלהים זה סיני מפני
אלהים אלהי ישראל׃

Hic quoque metrum poſtulat, ut pro אלהים verſic. 2. 3. reponatur יהוה, quemadmodum fecit *Harius*, et in loco parallelo legimus.

harim nazelu mippenɛ
jahvoh, zeh ſinai mippenɛ
jahvoh, elohɛ jiſrael.

Verum non ſolum horum locorum parallelorum collatione, ſed etiam duorum Codd. MSS. (uti lectores ſuos certiores facit vir doctiſſimus modo memoratus, Diſſertat. I. pag. 503. et II. 563.) quorum alterum in bibliotheca Bodleiana, alterum in archiepiſcopali Lami-

thæ, adſervatur, auctoritate conſtat, voces אלהים et אדני αντι τȣ יהוה ſæpius in hoc Pſalmo ſubſtitutas eſſe. Codex enim Bodleianus ſex, ad minimum, locis יהוה exhibet, in quibus exemplaria impreſſa ne ſemel quidem habent: Cod. Lamith. pro אלהים אלהי period. 8. legit יהוה אלהי. Pro אף p. 7. exhibet גם, prout in loco parallelo, Judic. 5. ℣. 4. legitur. Sed et multis locis vocem יהוה conſervavit, ubi in aliis exemplaribus manu exaratis, atque omnibus libris impreſſis intercidit. Porro autem Pſ. 79. v. 7. habet אכלו, quomodo metrum æque ac ſenſus legi poſtulat; quomodo etiam legerunt Gr. κατεφαγον· et in loco parallelo Jer. 10. v. 25. legitur.

Ex locorum igitur parallelorum collatione, et duorum Codd. MSS. lectionibus certiſſime, ut vidimus, conſtat, voces אלהים et אדני in locum τȣ יהוה novem, ad minimum, vicibus, in Pſ. 68. ſubrogatas eſſe. Hinc etiam, ut hoc obiter moneam, iterum patet, hypotheſeως *Harianæ* veritatem non modo locorum parallelorum αντιβολη, ſed etiam Codd. MSS. fide atque auctoritate firmari. Vid. pag. 197. 198. 200. hujus Diſſertat.

Quod ad illa vero attinet, quæ de Dei nominibus habet *Harius*, adi Prolegom. in Pſalm. pag. 13. 14. et annot. ad Pſ. 68. p. 1. Digniſſi-

mæ

mæ etiam, quæ ſumma cura legantur, egregiæ iſtæ eruditiſſimi *Clerici* ad Exod. 3. v. 14. 15. annotationes, ubi de his nominibus acute juxta atque erudite, pro more ſuo, agit. Annot. etiam ad cap. 6. v. 3. diligenter perlegiſſe, neminem, ſi quid judico, pœnitebit; uti nec annot. ad Eſa. 48. v. 16.

Attamen, ne quid diſſimulem, octo ſunt Pſ. 68. loca, in quibus אלהים retineri malim, period. ſcil. 1. 5. 6. 17. 21. 26. 30. 33.

Periodus 1. in duos verſiculos Iambicos, eoſdemque ομοιοτελευτους, ſponte ſua, ſeſe reſolvit: Vid. *Har.* annot. ad period. 20. hujus Pſal.

jakum elohim, japuzu ojebav,
vejanusu meſanneav mippanav.

In period. 5. lego *bimyom*; Vid. *Harii* Addenda:

abi jetomim, vedaijan almanot,
elohim bimyon kodſo.

In periodo etiam hanc proxime excipiente אלהים retinendum cenſeo:

" *elohim moſib jehidim betah*;
ham*mozi aſirim baccoſarot*;
ac sorerim ſacenu zehihah.

ה addidi metri cauſa: Forte exciderat, quod vox præcedens in ה deſinat.

Harius noſter אלהים, quod periodum ſequentem inchoat, in hujuſce fine addidit; inſerto etiam יה, quod, ex illius ſententia, et ſenſus et metrum inſeri poſtulant: Quin et ad locum parallelum period. 18. provocat. Quod ad metrum vero ſpectat, optime, ut jam vidimus, illi conſuletur, אלהים retento, atque ה τῳ מוציא præfixo. Quod ad ſenſum et locum parallelum p. 18. attinet, locus periodo, quæ hanc ſextam excipit, parallelus, Judic. 5. v. 4. ſatis oſtendit, אלהים, (quod, ut ſæpe alias in locum τȣ יהוה ſubrogatum eſt,) ad ſequentem periodum pertinere: Hoc igitur duce, יהוה pro eo reponendum, atque ab illa voce periodum ſequentem inchoandam eſſe, cenſuerim:

jahvoh, *bez̧eteca lipnɛ yammeca,*
bez̧aydeca &c. &c.

Vid. ſupra p. 179.

Neque etiam a periodo 17.ma hujus Pſ. אל
הים abeſſe velim; cum ſenſus manifeſto poſtulet, ut in סיני deſinat: Vide quæ de hac et ſequente periodo habemus in annot. ad Pſalm.

receb elohim ribbotaim,
alpɛ ſinan; adonai bam cib*ſinai*

Lego כבסיני, poſcente cum metro, tum etiam ſententia. Gr. ἐν Σινα· nimirum legerunt בסיני.

Quod ad periodum 21. attinet, ubi itidem אלהים retinendum videtur, adi ſis *Harii* noſtri

tri Addenda. Periodo 26. אלהים omnino retinendum videtur, ut et in verſic. ſequente legendum ממקור:

" bemakhelot barecu elohim
adonai, mimkor jiſrael.

Vid. *Clericum* ad loc. et *Taylorum* in Concordantt. ſub voc. קור.

Period. 30. 33. retineri poterit אלהים, ſi legeris *leelohim:*

jetaju haſmannim minni mizraim
cuſ tariz jadav leelohim.

period. 33.

tenu voz leelohim;
val jiſrael gavato,
veuzzo baſſehakim.

Neque ſane video, cur in period. ſeq. אלהים in יהוה mutetur, cum pro ממקדשיך melius legeris ממקדשיו, quomodo LXX. Interprett. legerunt, εν οσιοις αυτȣ.

nora elohim mimmikda*ſav,*
el jiſrael; hu noten
&c. &c.

Erat autem, ut in meis ad Pſalm. annotationibus cernere eſt, cum in aliis quibuſdam hujus Pſalmi periodis אלהים ſervandum arbitrarer; ſed, omnibus probe expenſis, jam mu-

to ſententiam; et quæ in contrariam partem fecerim, infecta velim.

Sic exiſtimo me luculenter probaſſe, nomen אלהים loco tetragrammati יהוה ſæpius in Pſalmis ſubſtitutum eſſe. Ut tandem igitur ad hiſtoricos noſtros redeamus, "Cum mul-" "tis in locis, inquiunt illi, vox אלהים aliis" "vocibus plane diſſyllabis reſpondeat, ut ex-" "empli gratia, Pſ. 67. v. 3.

"Joduca hammim Elohim
"Joduca hammim Cullam,

"hoc validiſſimo argumento eſſe videtur, vo-" "cem *Elohim*, quæ duabus brevibus et una" "longa conſtat, ſyllabis duabus longis τȢ" "*Cullam* parem habitam eſſe; atque adeo me-" "trum Hebr. non tantum longarum et bre-" "vium, quarum poſteriorum duæ uni prio-" "rum æquales erant, diſcrimen recepiſſe, ſed" "et triſſyllabis, diſſyllabis, et monoſyllabis," "ſive, ut cum rei metricæ ſcriptoribus loqua-" "mur, *cæſuris* conſtitiſſe, quales in pentame-" "tris apud Latinos, et in verſibus Iambicis" "apud Hebræos reperiuntur."

At ne dicam, vocem אלהים, ut modo oſtendimus, τȢ יהוה locum crebrius in Pſalmis occupaſſe, huic commento refutando hoc unum ſatis eſt, quod nimirum, hac ratione, metrum Hebraicum partim metricum, partim rhythmi-

rhythmicum erit: Hoc vero nuſquam gentium obtinet, cum in omnibus linguis tum antiquis, tum hodiernis, poeſis, pro ſua cujuſque indole, aut tota metrica, aut tota rhythmica ſit. Hæc omnibus pulchre nota; neque ulla probatione indigent. Quæ cum ita ſint, quis, niſi mentis inops, quod de nulla alia dici poteſt, hoc de poeſi Hebraica dixerit? Præterea autem, ea eſt, ut jam ſupra demonſtravimus, linguæ Hebraicæ indoles, ut quantitatis ſyllabarum nulla ratio habeatur, nec haberi poſſit: Linguarum ſcilicet in numerum aſcribenda eſt, quæ ita comparatæ ſunt, ut pedes *rhythmicos* ferre non poſſint.

Attamen hiſtorici noſtri artis ſuæ metricæ ſpecimen exhibere haud dubitarunt; artis ſuæ metricæ, inquam, quam, pro ſingulari ſua modeſtia, *Harianæ*, utpote cultiorem, et majorem veritatis ſpeciem præ ſe ferentem, ſubſtituere ſuſtinuerunt. Specimen autem ita habet:

Ezkòr Màhlè-lè-lè iàh
Ezkerèh mikedem philekà
rauka Màjìm Elohim
raukà Majìm jakilù (8)
Hùſhàh lèhèz-rati
Adonài tèſhù-hati (9)
B'elohìm ahàl-lèl dabar
B' jahvoh ahal-lel dabar (1)

Nòdàh

(8) Pſ. 67. v. 12. et 17. (9) 38. *ult.* (1) 56. v. 11.

Nòdàh Bihudàh, Elohim
Biſhraèl gadòl Shemò
aſhiràh lihvòh bekhajài
azamràh lelohàh behodì
Elohim berob Khaſdeca
honnèni beemeth jiſheca.

Metra hæcce dura et invenuſta, nunc pedibus *rhythmis*, nunc *metricis* incedentia, nemini cordato ſe probare poſſunt. Illud, ni fallor, ſatis indicant, hiſtoricos noſtros de lingua ſanctæ natura atque indole, et proinde de metrica Hebr. nihil quicquam intellexiſſe.

Cæterum Hiſtoricis noſtris non ſufficiebat metricam Harianam carpſiſſe, niſi emendationes quoque criticas, quibus locis in Pſalmis vitiatis atque corruptis medicinam facere conatus eſt epiſcopus, admorderent. Octo autem e pluribus ſelegerunt, quibus exagitandis criticam ſuam facultatem oſtentarent.

Ad primam quod attinet, in noſtrorum ſententiam, ut verum fatear, lubens pedibus eo, quæ in Pſ. 50. period. 1. voces אל אלהים retinendas eſſe ſtatuit: Neque enim ſenſum, neque metrum turbant: Immo vero hæc periodus, ut in meis ad hunc loc. annotat. dixi, in verſiculos Iambicos, quaſi ſponte ſua, ſic ſeſe reſolvit:

Iamb.

Iamb. Trim. Catalect.

el élohím jahvóh dibbér, vaijíkra
*aréz, mimmízrah ſémeſ, yád mebóo.**

Meminerit etiam lector, ſupra a nobis in hiſce Prolegom. obſervatum eſſe, † *Harium* noſtrum plura in textu Hebr. immutaſſe, quam per accuratius examen liceret. Quod nec ipſum poſtea latuit, ut ex Prolegom. p. 47. et Addend. diſcimus. Cæterum, id quod jam innuimus, nihil ad ejus hypotheſin ſummatim ſpectatam attingit, illum in levioribus quibuſdam erraſſe. Id unum nunc quæritur, an genuinam poeſeωs Hebraicæ naturam revera deprehenderit epiſcopus, necne. Quod ſi de metricæ ejus veritate conſtiterit, non erit cur de emendationibus minus neceſſariis valde laboretur. Quiſquis enim *Harii* metricen veritate niti, ideo negarit, quod in nonnullis Pſalmorum locis criticum liberiorem egerit, idem mehercle *Phædri* fabulas verſibus ſenariis conſcriptas eſſe, pari jure inficias ire poſſet, ex eo quod, in iis emendandis, *Bentleius* noſter audaciorem ſeſe præſtiterit.

De

* Periodum hanc hoc modo in verſiculos digeſſerunt noſtri:

El elo-hìm Jàh vòh dib ber
Vàjicra èretz mìmmìz rah
Shèmèſh vè hàd meboo.

† Vid. pag. 88. 89. 159. hujus Diſſertat.

De emendatione vero, ad quam carpendam deinceps pergunt Critici noſtri, nimium inter meam atque illorum intereſt opinionem. Locum enim illum Pſ. 40. period. 8. 9. prout in Hebr. legitur, obſcurum atque impeditum, facili negotio, literula כ ſcil. τῷ במגלת præfixa, clarum atque expeditum reddi poſſe exiſtimant. Primum autem, quid verbis illis במגלת ספר כתוב עלי, quemadmodum in Codd. vulgatt. luxata leguntur, ſignificetur, inter interpretes, ut omnes norunt, parum convenit: Deinde, cum ex ſenſu, tum maxime conſtructione ſatis liquet, membrum לעשות רצונך אלהי primum illud אז אמרתי הנה־באתי proxime ſequi debere, cum infinitivus לעשות ex באתי manifeſto pendeat. Membris vero in hunc ordinem redactis, fit clarum, "*Legis librum*, "ut *Harii* verbis utar, intelligi *volumine libri*, "et *catub* convenire cum *ſeper*, et plane al-"ludi ad id quod præcipitur Deut. 17. v. 18. "nempe ut exemplar legis exararetur in regis "uſum, &c." Vid. etiam quæ Cl. *Clericus* ad hunc locum annotavit. Hac ratione, omnia ſine dubio recte procedunt, et clara fiunt: locus, qui antea aut nullum, aut certe parum commodum, nunc optimum ſenſum fundit: porro autem, quemadmodum *ſenſu literali*, quem vocant, Davidi convenit, ſic et *ſenſu*

quodam

quodam myſtico quem facile recipit, in Chriſtum apprime quadrat. Quocirca inſignem noſtrorum audaciam vix ſatis mirari poſſum, qui *Harium* eruditiſſimum reprehendere non dubitarint, quod, ut illi volunt, hunc locum, ſuis emendationibus, multo obſcuriorem et magis intricatum reddiderit; effeceritque, ut minus elegantiæ præ ſe ferat, et cum recta Grammatices ratione magis pugnet.

Quod ad locum in Epiſt. ad Heb. cap. 10. v. 7. ſpectat, parum intereſt, an haſce periodos, quales eos refinxit *Harius*, an quales in Cod. Hebr. habentur, legeris. Scriptor enim ad Hebræos, quicunque tandem fuerit, ideo tantum illos protulit, ut id quod a Chriſto factum fuerat, iis exprimeret. Vid. *Clerici* annot. ad Heb. 10. v. 5. ut et ad Pſ. 40. v. 8. 9. Non poſſum vero quin hic exſcribam quæ in hanc rem habet vir eruditiſſimus, egregia ſua annot. ad Eſa. 64. v. 4.

Neque oculus vidit Deum,) עין לא ראתה אלהים hajin lo raatha elohim. *LXX. Intt.* ουδε οι οφθαλμοι ημων ειδον Θεον πλην σου. *Ubi, ad ſenſum quod attinet, nihil eſt quod reprehendas.* Hieronymus *vero*, oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti exſpectantibus te. *Sed poſtrema non ita habent in Hebraicis, nec ſunt mutata, niſi ut cum citatione Pauli* 1. *Cor*. 2. *v*. 9. *con-*

conſentirent; nec quiſquam dubitare queat, quin lectio Hebraica egregium ſenſum fundat. Vult propheta, neque narratum a quoquam, neque ulli experientia propria eſſe compertum, aliquem eſſe Deum, præter eum, quem colebant Iſraelitæ; qui talia feciſſet, in eorum gratiam, qui ei confidiſſent. Paulus vero Apoſtolus non vertens hæc verba, neque quidquam iis probans, ſed ea tantum aptans ſuo negotio, *iis uſus eſt*, ut, quod volebat, exprimeret; *nempe, doctrina Evangelica ea contineri, quibus ſimile quidquam nemo unquam vidiſſet, vel audiviſſet, vel animo concepiſſet. Non oſtendit Paulus hanc fuiſſe ſententiam Eſäïæ de Evangelio, ſed verbis ejus utitur quaſi ſuis*, ut mentem ſuam exprimat. *Sic ſæpe ſcriptores novi teſtamenti verba veteris proferunt*, ut iis exprimant quod volunt, *non ut quidquam probent. Scriptores Græci verbis Homericis utebantur ad ea deſcribenda, de quibus nunquam cogitavit* Homerus, *ſed quia videntur* ad rem exprimendam idonea. *Judæi ſcriptores etiam eo modo ſcriptura non infrequenter utuntur, ut norunt omnes, qui eos legerunt. Vide notata a nobis, in additamentis Hammondianis, ad Heb.* 10. *v.* 5.

Hieronymus *ſic de hoc loco habet in Commentario:* Paraphraſin hujus teſtimonii, quaſi Hebræus ex Hebræis, adſumit apoſtolus Paulus de authenticis libris in epiſtola, quam ſcribit ad

ad Corinthios; non verbum ex verbo reddens, quod facere omnino contemnit, ſed ſenſuum exprimens veritatem, quibus utitur ad id, quod voluerit, roborandum. Unde Apochryphorum deliramenta conticeant, quæ ex occaſione hujus teſtimonii ingeruntur eccleſiæ. *Merito rejicit Apocryphos libros; ſed minus prudenter ait, apoſtolum uti loci hujus ſenſibus* ad id, quod voluerit, roborandum: *nihil enim hoc teſtimonio confirmat, ſed verba prophetæ ſua facit,* ut quod vult, exprimat; *unde factum, ut verbis mordicus non adhæreat, ſed ſua iis admiſceat. Nec ſane, apud Eſaïam et Paulum, eadem de re ſermo eſt.*

Jam vero, omiſſis hiſce Criticorum noſtrorum ineptiis, ad majora quædam tranſeamus.

Periodos, de quibus nunc agimus, in meis annotationibus in verſiculos *alternantes* ad hunc modum, diviſi:

Troch. Dim. Acatal.

" *áz amárti, hinneh báti*

Iamb. Dim. Hypercatal.

layſót rezónecá, elóhai;

Troch. Trim. Acatal.

" *himgillát sepér catúb yalái hapázti*;

Iamb. Dim. Hypercatal.

vetóratéca bétoc méyai.

Hac

Hac autem reſolvendi ratione admiſſa, nihil opus erit, ut illic monui, *Harii* emendationibus; aut, nimirum, ut ו τω אז præfigatur, aut אדני poſt רצונך addatur. Quod ſi prior period. poſterioris verſiculus juſto longior eſſe videatur, ad haſce emendationes confugiamus neceſſe eſt; excepto quod in initio period. 9. אדני inſeri malim:

8.

ve*áz amárti, hinneh bati*
layſót rezónecá, elóhai :

9.

adónai, *bémegíllat seper*
&c. &c.

Illud etiam obiter monendum ſupereſt, in period. 7. pariter ac 8. luxationem occurrere: Verba, ſcil. אזנים כרית לי, caſu neſcio quo, ſunt loco ſuo mota; ut non modo conſtructio et contextus συναφεια, ſed etiam locus parallelus Eſa. 50. ℣. 5. luculenter oſtendit. Reponenda ſunt poſt membrum עולה וחטאה לא שאלת, hoc ordine:

7.

zebáħ uminħah ló ħapázta ;
yoláḥ vaħáŧah ló ſaálta ;
oznáim cáritá li ;

8.

8.

veáz *amárti, hínneh báti*

&c. &c.

Vid. quæ nos de hac re diximus in annot. ad loc. ut et Cl. *Clerici* annot. ad Eſa. 50. ℣. 5.

Sed ut ad Hiſtoricos noſtros redeamus, epiſcopo vitio dant, quod Pſ. 68. period. 14. vocem תהיו et præfixum כ ſuggeſſerit, et, יונה repetierit: cum, ut illorum fert opinio, uno illo vocabulo כנפי paululum immutato, effectum erit, ut locum cum dilucidiorem, tum etiam elegantiorem ſenſum pariat. Quis autem, qui hanc periodum paulo diligentius expenderit, non videt, Pſalmi hujus auctorem, per apoſtrophen, Iſraelitas hic alloqui; et proinde verbum illud, (quocunque tandem uſus eſt vates ſacer,) quod in periodi *apodoſi*, quam vocant, τω תשכבון in *protaſi* reſpondit, ejuſdem eſſe numeri et perſonæ neceſſe fuiſſe? Quis qui contextus συναφειαν, orationiſque ſeriem attento animo conſideraverit, non ſtatim agnoſcet, hunc locum, etſi, prima fronte, ſententiam quandam ſpecioſam effundere, per ſe ſpectatus videatur, quemadmodum a noſtris emendatur, et explicatur, eorum tamen, quæ antecedunt, et proxime ſequuntur, ratione habita, ſenſu prorſus carere, quippe nullus cum iis cohæret?

Hanc igitur noſtrorum emendationem ni-

hili eſſe, et vix dignam, quæ fiſtula paſtoritia excipiatur, palam affirmare haud verebor.

Erat autem, ut in meis annot. videre eſt, cum hanc periodum, nulla facta mutatione, in ſuos verſiculos ſic diſtinguendam putarem:

Iamb. Dim. Hypercatal.

îm tiſcebún bın ſépattáim,
canpé jonáh neĥpáh baccésep,
v' ebrótehá birákrak ĥáruz.

Sed jam muto ſententiam; et in *Harii* emendationibus adquieſcere ſatius eſſe duco; idque duabus potiſſimum de cauſis: Primum, quod non ſolum metrum, ſed etiam conſtructio, aliquid hic excidiſſe, liquidò oſtendat; nihilque commodius videatur, quod hic inſeras, quam verbum ſubſtantivum תהיו, et particula ſimilitudinis כ; quorum etiam ellipſim hic eſſe, plerique omnes interpretes ſtatuerunt: Vid. *Poli* Synopſ. et *Clerici* annot. ad loc. Deinde, quod non temere eſſet, quod *Harius* vocem יונה repeteret, cum emphaſin habeat, (ſiquidem hoc pacto fiet αναδιπλωσις, quæ, ut omnes norunt, vim addit orationi;) et, ut illius verbis utar, *orationem longe venuſtiorem* reddat: "*Etiamſi inter lapides focarios jacueritis*," (Vid. quæ de voce שפתים diximus in annot. ad loc. ut et *Nold.* Annot. et Vindic. 426. necnon

Taylori

Taylori Concordantt. ſub voc. שפת:) i.e. “ Etiamſi inſtar calonum et lixarum caſtrenſium, “ qui, præ tabernaculorum inopia, aut caloris “ gratia, aut quo ſeſe a cœli inclementia et injuriis utcunque defendant, *inter lapides focarios* “ noctu deliteſcunt, ac proinde fuligine fœdari ſolent, in ſummis anguſtiis, ſordibus, et “ ſqualore vixiſſetis;” — “ *eritis*, ſive, (ut תהיו verti etiam poteſt,) “ *eratis* tamen *ſicut pennæ columbæ, columbæ*, inquam, non cujuſlibet e trivio, ſed cujus alæ non ſine ſplendore, *inſtar argenti* candent; *aureoque* etiam colore intermixto nitent :” i. e. “ Egyptiorum, aliorumque hoſtium debellatorum ſpoliis locupletati atque ornati, haud aliter ac columbæ alæ “ aureo argenteoque colore præfulgentes inſigniter reſplendebatis.” Vid. a nobis annotata ad hunc loc. Columbæ quidem omnes, ut cuique notum, cultu mundo et nitido inſignes ſunt: Alis vero auri argentique colore coruſcantibus nonniſi pauciores gaudent. Vid. *Sam. Bochart.* Hieroz. P. 2. Lib. 1. c. 2.

Cæterum, hiſce epiſcopi emendationibus admiſſis, hæc et poſterior period. in unam ſunt componendæ:

Iamb. Dim. Hypercatal.
im tiſcebún b:n ſépattáim,

Iamb. Dim. Catalect.

tehjú *cecánpe jónah*,
jonàh *neħpáh baccésep*,
v'ebrót:há birákrak
ħarúz. bepáreſ ſáddai

Iamb. Dim. Hypercatal.

melácim báh, taſlég bezálmon.

Proximus poſt hoſce locus, quem temere nimis ab *Hario* emendatum eſſe, noſtri volunt, Pſ. 138. period. 2. extat. Vocem שם verſiculo ultimo, ſenſu poſtulante, inſerendam, אמרתך, contra, utpote quæ nihil aliud quam mendoſa ſcriptio τȣ אמתך, inſerto perperam ר, eſſe videretur, inducendam eſſe cenſuit epiſcopus: Et ſic Divi Pauli tempore lectum putavit, cum hinc videatur deſumptum celebre illud, ονομα το υπερ παν ονομα, Phil. 2. ℣. 9. Quæ quidem emendationes facile, niſi fallor, ſeſe iis probabunt, qui locum probe expenderint, neque de illorum grege ſint, qui, licet Artis Criticæ ne elementa quidem teneant, nihilominus tamen interpretationum emendationumque virorum longe doctiſſimorum, et hujuſce artis peritiſſimorum, judices agere, et aggredi etiam confutare, quæ non intelligant, haud dubitant: — Hæ, inquam, emendationes cordato cuilibet facile ſe probare poterunt,

cum

cum neque minus neceſſariæ, neque audaciores ſint, ut ex iis, quæ dicturus ſum, certo, niſi omnia me fallunt, conſtabit. Primum enim, hunc locum, qualis in Codd. Vulgatt. habetur, ſenſum haud ita commodum effundere, vel noſtri fatentur, qui pro שמך, detracto ſuffixo ך, שם reponi volunt. Cl. *Clericus* in annot. ad loc. hæc habet: "— magnificaſti ſupra omne nomen tuum. *Qualem loquutionem alibi mihi occurrere non memini, neque ab aliis allatam video. Siquis eſſet ejus ſenſus, hunc eſſe oporteret:* "effeciſti, ut promiſſio a te præſtita major ſit fama omni tua." *Eum vero an quiſquam ſatis concoquere poſſit, neſcio,* cum ſine exemplo ſit, cumque per ſe non ſatis rei conveniat." Itaque, leviſſima mutatione, legit שמיך *cælos tuos:* quam quidem, ut hoc obiter moneam, ingenioſam eſſe conjecturam, (quomodo ſunt pleræque omnes viri doctiſſimi,) nemo negaverit. Attamen, ut verum fatear, emendandi ratio ab *Hario* propoſita, triplici nomine, magis arridet. Secundo enim, Facile fieri potuit, 1. ut vox שם, eadem voce proxime ſequente, a librario minus diligenti omitteretur: hoc nullus, ut arbitror, qui non ſit in Arte Critica plane hoſpes, inficias ire ſuſtinuerit. Facillime etiam contingere potuit, 2. ut אמתך, quod verſiculum præcedentem

 claudit,

claudit, in hujus quoque fine, librarius non ſatis adtentus repeteret: cui poſtea ך, neſcio quo pacto, perperam inſertum eſt. Forte hæc vox e margine irrepſit, in qua poſita erat, ut varia lectio τȣ אמתך. Hujuſmodi menda, ut omnes, norunt, in Pſalmis, (ſed et in aliis omnibus veterum ſcriptis,) ſæpius admiſſa ſunt. 3. autem, *Harii* emendatio ad mentem Pſaltæ accommodatior eſſe videtur, (quod tamen, bona *Clerici* longe eruditiſſimi manium venia, dictum velim;) cum hic rationem reddat, cur *nomen* Dei *celebrandum erat*; nempe, "*quia benignitate et veracitate ſua effecerat, ut nomen ſuum omni nomine majus eſſet.*"

אשתחוה אל־היכל
קדשך ואודה את־שמך
על־חסדך ועל־אמתך
כי־הגדלת על־כל־שם שמך׃

Adorabo Te ad templum
Tibi ſacrum, et celebrabo nomen tuum,
Propter benignitatem et veracitatem tuam;
Quoniam, *hiſce rebus*, omni nomine nomen
tuum majus reddidiſti.

Ob rationes modo allatas, ut libere dicam quod ſentio, perſuaſiſſimum habeo, hunc locum, (quemadmodum in Maſoretico Codice legitur,) ſi quis alius, corruptiſſimis adſcribendum; neque minus certum videtur, eum

ab

ab *Hario* noſtro, metrices ope, integritati ſuæ reſtitutum eſſe.

Quod ad noſtrorum interpretationem ſpectat, qui voce אמרתך Chriſtum θεανδρικον, ſive, ut Chaldæi Paraphraſtæ loquuntur, מימרא די״, *Verbum Dei*, τον Λογον, ſignificari volunt, eſt merum ſomnium, et commentum futiliſſimum, neque adeo digna, quæ ſerio confutetur, quandoquidem cum iis, quæ antecedunt, et proxime ſequuntur, nequaquam cohæret, atque aperta auctoris mente alieniſſima eſt.

Licet autem, illos hic fruſtra eſſe, liquido, ni fallor, conſtet, non temere eſt, (neque enim verum diſſimulabo,) quod locum illum Pſ. 74. period. 3. ab *Hario* noſtro minus neceſſario emendatum eſſe, putent. Nihil opus eſt, aut voces למשאות נצח, quemadmodum fecit *Harius*, tollere, aut כלה ex period. 11. huc traducere. Sententia loci, qualis in Codd. Vulgatt. exhibetur, ſatis clara eſt, et perſpicua: *Adtolle greſſus tuos*; hoc eſt, ut Cl. *Clerici* verbis utar, *confer te nunc Ieroſolimam, ut videas vaſtitatem, quam in ea fecerunt Chaldæi. Eſt* ανθρωποπαθεια, *qua ſtatuitur Deus egreſſus eſſe ea urbe, cum caperetur, invitaturque ad illuc redeundum, ut præſens videat clades, quas paſſa fuerat. Sic* adtollere pedes *dicunt Hebræi, pro eo, quod eſt proficiſci.* Gen 29. *v.* 1. — *Ad deſolatio-*

nes perpetuas; quæ tantæ, nempe, erant, ut in æternum videretur deleta Ieroſolima, ſine ſpe inſtaurationis. —— Idem. Vid. etiam, ſi ita videatur, noſtram ad hanc period. annot. ubi in verſiculos ſuos, hoc modo digeſtam reperies:

Troch. Dim. Brachycat.
" *hárimáh paymėca*
lémaſſúot nézah;

Troch. Dim. Acatal.
cól heráy ojéb bakkódeſ.
Adtolle greſſus tuos
Ad deſolationes perpetuas;
Omnia perdidit hoſtis in ſacrario.

Quod ad כלה attinet, etſi ex period. 11. huc traducendum eſſe, minus cenſeam, illud tamen *Hario* noſtro valde aſſentior, hanc vocem ibi abundare, et loco plane alieno eſſe. Haud abſurde forſan conjeceris, mendoſam eſſe ſcriptionem τȣ סלה; cum litteræ כ et ס quodammodo ſint affines, * et proinde mirum non ſit, illas inter ſe a librariis ſæpius miſtas eſſe: כ enim, lineola ad lævam partem aucta, fit ס: et viciſſim ס, lævo iſto ductu reſecto, mutatur in כ. Facillime autem accidere potuit,

* Vid. *Cappelli* Crit. Sacr. lib. 1. cap. 7. §. 7.

it, ut hæcce lineola, librariorum incuria, aut plane omitteretur, aut non ſatis abſolveretur; aut denique vetuſtate deleretur, atque evaneſceret. Verum hæc non ſunt hujus loci.

Erat quidem tempus illud, ut in meis ad hunc Pſalmum annotationibus cernere licet, cum כלה ad period. 11. pertinere arbitrarer. Rebus vero omnibus probe expenſis, jam ſatis cauſæ eſſe video, cur ſententia decedam.

Poſtea epiſcopum increpant Critici noſtri, qui יעמד et יקם Pſ. 107. period. 25. 29. loca invicem commutaſſe ſtatuerit. Quod ſane maximam mihi movet admirationem, cum res adeo ſit clara, adeo manifeſta, ut nihil ſupra. Attamen quæ a noſtris in partem contrariam allata fuerunt, paucis expendam.

Primum igitur, noſtri contendunt, "verbum עמד in conjugatione *Hiph.* non *ſiſtere*, aut *efficere ut res aliqua conquieſcat*, ſed, *ut ſtet, quo quidpiam agat*, ſignificare, atque adeo ad period. 25. non autem ad period. 29. pertinere." Qua vero auctoritate freti hoc Critici noſtri affirmant? Nulla prorſus, niſi ſua. Illis ſolis aſſertoribus, nobis accipiendum eſſe conſtat. Quis enim ignorat, עמד in conjugat. *Kal*, non tantum *ſtare*, ſed et *ſiſtere*, *ſubſiſtere*, (Anglice, *ſtand ſtill*,) *quieſcere*, *conquieſcere*, *deſinere*, *ceſſare*, aliaque id genus, valere;

et

et proinde in *Hiph.* ut cum Grammaticis loquar, *facere ſiſtere*, *facere quieſcere*, &c. illo deſignari? Illud igitur a noſtris lubens quæſiverim, unde illis in mentem venerit, ſtatuere, העמיד una duntaxat ſignificatione gaudere?

Secundo autem, יקם period. 29. prorſus abſonum eſſe, cum apertæ loci ſententiæ, ex diametro adverſetur, noſtri ipſi fatentur; atque in ישם mutatum propterea volunt. Jam vero, ut ad rem ipſam veniamus, quotuſquiſque paulo doctiorum eſt, cui non *Harii* emendatio, quæ vocum יעמד et יקם tranſpoſitionem duntaxat, caſu quodam, hic contigiſſe, (id quod in veterum ſcriptis, ut omnes norunt, atque in hoc libro Pſalmorum, ſæpius factum eſt,) ponit, magis arriſerit, (quicquid in contrarium hic urſerint noſtri,) quam emendandi ratio ab illis inita, qua admiſſa, non modo quod falſiſſimum eſt pro vero habebitur, ſed etiam ſacræ ſcripturæ auctoritas correctione, ne minima quidem ex parte, neceſſaria, temere violabitur.

Claudam hanc animadverſionem annotatione *Harii* ad loc. utpote quæ emendationem, de qua nunc agitur, cum maxime neceſſariam, tum certiſſimam eſſe, clarius, ſat ſcio, demonſtratura ſit, quam omnia, quæ a me, hanc in rem, afferri poſſent. "Miro errore *jakem*

"et

" et *jaymed,* hic et p. 29. loca invicem com-
" mutarunt, quo nihil manifeſtius. Videre
" tamen noluerunt Intt. hic p. 25. de procella
" excitata agitur, in Hebr. tamen eſt *vaijay-*
" *med ruh,* et ventum *ſtare fecit,* hoc eſt, *ex-*
" *citavit,* inquit Muiſ. et ſic ceteri; p. vero
" 29. *jakem, excitavit,* eſt, ſecundum Intt. *com-*
" *peſcuit. Quis hæc in alio quovis ſcripto enar-*
" *rando ferret?*"

Neque illud magis concoquere poſſunt noſtri, quod *Harius* " vocem פסח Pſ. 72. period. 16. in mendo cubare exiſtimet, niſi verbum פסס non modo *defecit, imminutum fuit,* ſed etiam ſenſu huic prorſus contrario, *abundare, augeri,* atque adeo פסח *abundantiam, multitudinem* ſignificet." Ita, nimirum, initium hujus period. interpretantur: " *Pugillus frumenti in* " *montium verticibus* (natura ſteriliſſimis) ſati, " vel fertilem *Libanum* proventu ſuperabit:" Qua interpretatione nihil, quantum video, inſcitius, nihil a vera Pſaltæ mente alienius dici poteſt, aut cogitari. 1. enim, Hæc periodus tres integras enunciationes, quæ dicuntur, in ſe continet:

1. Erit abundantia frumenti in terra;
2. *Etiam* in vertice montium perſtrepet inſtar *arborum* Libani proventus ejus;

3. Et

3. Et efflorefcent *homines* e *quaque* civitate, ſicuti gramen terræ.

Quod idem in periodo etiam proxime præcedente obſervare eſt:

1. Et dabitur ei aurum Schebæ;
2. Et orabunt *homines* pro eo perpetuo;
3. Quotidie benedicent ei.

Ex noſtrorum vero interpretatione, duo tantum enunciata complectitur periodus, de qua nunc ſermo eſt, duobus prioribus in unum compoſitis, haud ſecus ac ſi ita locus habuiſſet, פסת בר בראש הרים ירעש כלבנון פריו. *Pugillus frumenti* etiam *in montium verticibus commovebit fructum ſuum ſicut Libanus.* Quod ſi in tria enunciata diſtribui debeat, (id quod ipſa luce meridiana clarius eſt; cum alioqui 'יה plane ſuperfluum ſit; imo et בארץ παρέλκη· quod enim in montium verticibus ſeritur frumentum, in terra, niſi fallor, ſeritur;) פסת *abundantiam* hic ſignificet, neceſſe eſt. Quæ enim illa interpretatio? "*Erit pugillus frumenti in terra; Etiam in vertice montium perſtrepet, inſtar arborum Libani, proventus ejus:*" Nonne prorſus abſona? Nonne ipſa ſibi adverſa? Nonne ab hoc loco, ubi, ut recte obſervat Harius, copia maxima deſcribitur, alieniſſima?

Quod ut certius conſtet, illud etiam animadverſum

madverſum quam maxime velim, Pſalten de frumento, quod jam in *ariſtas gravidas atque canentes* excreverit, non autem de *ſeminibus Cerealibus*, quæ *longis ſulcis* nuper *obruta ſunt*, hic loqui; ut ex verbo ירעש facile patet, quod, ut omnes, qui levem duntaxat linguæ Hebraicæ ſcientiam conſecuti fuerint, probe norunt, *movere*, *commovere ſe*, *contremiſcere*, *inter movendum ſtrepitum edere*, ſive, *movere cum ſtrepitu*, *concuti cum impetu*, *ſtrepitu*, &c. ſignificat.

Attamen noſtri, qua ſunt eruditione, hunc locum perinde interpretati ſunt, ac ſi voces ירעש פריו *producet fructum ſuum* verti debuerint, ut, perlectis eorum animadverſionibus, quivis facile ſentiet.

2. Sed nec in minore, ſi quid judico, errore verſantur Critici noſtri, qui de *fertilitate* Libani, non autem de *ſtrepitu*, quem Cedri Libani vento agitati ediderunt, hic agi putent. Sonum, quem ſpicæ plenæ et pingues vento huc illuc impulſæ in montium jugis redderent, cum ſtrepitu, quem mitior ſpriritus arboribus Libani immumurans creare ſolebat, Pſaltes pulcherrime confert:

Tum ſonus auditur gravior, tractimque ſuſurrant;
Frigidus ut quondam ſylvis immurmurat Auſter.

Georgic. 4. l. 260.

Nam

Nam quod de fœcunditate iſtius montis ſomniant noſtri, quaſi frugibus multimodis atque copioſis fundendis inſignis tunc temporis eſſet, (ne dicam, illos vix ſibi conſtare, qui modo montium vertices natura ſteriles eſſe dixerant,) notiſſimum eſt, nulla alia re celebrem fuiſſe, quam cedris, aliiſque quibuſdam magnæ proceritatis arboribus proferendis: Vid. Cl. *Cler.* annot. ad Pſ. 72. v. 16. Eſa. 29. v. 17. 60. v. 13. Jer. 22. v. 6. et *Lowthii* Prælect. p. 56. Infrugiferum atque incultum fuiſſe, ex Eſa. 29. v. 17. modo laudato ſatis conſtat; ubi vide Intt. Adi etiam, ſi ita videatur, *Glaſſii* Rhetor. Sacr. Tract. 1. Cap. 10. de Metaph. a Terr. Imo vero, verticem ejus nivibus perpetuis obſitum fuiſſe, teſtantur loca illa Jer. 18. v. 14. et Cantic. 4. v. 15. (ad quæ iterum adiri poterunt Intt. ab iis, quibus vacabit;) ut et *Mart. Baumgarten.* qui Itiner. lib. 3. c. 11. hæc habet: *Videbatur ſupra urbem* (Tripolin) *non amplius tribus milliaribus decantatus ille mons Libanus, alto et* nivoſo *protenſus vertice, plenus cedris, abietibus, platanis, aliiſque nobilibus arboribus. Inde aquarum ille impetus, quem Canticorum Salomonis deſcribit liber, in mare prorumpit.* Tum de inferioribus collibus: *Hic perſtrepentes fluvii, hic rivi murmurantes, ac gelidæ fontium ſcaturigines.* Dignus etiam, qui de

de hac re conſulatur *Hadr. Reland.* Palæſtinæ Illuſtratæ lib. 1. c. 48. necnon *Joannes Phocas*, qui ſub finem ſæculi 12. loca ſancta inviſit, atque ſic de eo monte loquitur: Μετα δε τον τοιουτον ζυγον εστι παγκαλος και αξιως περιβοητος εν ταις γραφαις Λιβανος, ζυγος παμμεγας κορυφοθεν μεχρι προποδων ΣΥΡΜΑΤΑ ΧΙΟΝΟΣ ως βοστρυχους περιβαλλομενος, πευκη, και κεδρω, και κυπαριττω, καταδενδρουμενος· —— εκ των αυτου ραχμων και κοιλαδων απορρεουσι ποταμοι μεχρι θαλασσης ωραιοι και παμψυχροι, της χιονος αρτι λυομενης, και κατακρυσταλλουσης τας των ναματων επιρροας. Vid. *Itinerar.* Antiochia Hieroſolymam uſque §. 4. ab *Leone Allatio* editum.

Nec eſt, cur quiſquam exiſtimet, hunc montem fertilem et frugiferum fuiſſe, ex eo quod arbores magnitudine atque proceritate inſignes protulerit: Certæ quædam arbores, quales ſunt Cedri, Abietes, Pinus, et ſiquid his ſimile, in locis ſterilibus et incultis, imprimiſque montium verticibus, ut omnes norunt, naſcuntur. Nemo non legit quæ poetarum Latinorum princeps ſub finem lib. 2. Georgic. de *Cedris, Pinis, Cupreſſiſque* habet:

Ipſæ Caucaſeo ſteriles in vertice ſylvæ,
Quas animoſi Euri aſſidue franguntque feruntque,
Dant alios aliæ fœtus; dant utile lignum
Navigiis pinos, *domibus* cedroſque cupreſſoſque:

et quæ *Ovidius* Metamorph. lib. 1.

Mænala

Mænala tranſieram latebris horrenda ferarum;
Et cum Cylleno gelidi pineta *Lycæi.*

His adde *Homerum*, Iliad. N. verſ. 389. et Π 482.

Ηριπε δ,' ως οτε τις δρυς ηριπεν, η αχερωις
Ηε ΠΙΤΥΣ βλωθρη, την τ'ΟΥΡΕΣΙ τεκτονες ανδρες
Εξεταμον πελεκεσσι νεηκεσι, νηιον ειναι·
et Ξ. 286.
Ενθ'Υπνος μεν εμεινε, παρος Διος οσσε ιδεσθαι,
Εις ΕΛΑΤΗΝ αναβας περιμηκετον, η τοτ'εν ΙΔΗ
Μακροτατη πεφυυια δι' ηερος αιθερ' ικανεν.

In hymno ad Venerem, verſ. 265. et ſeqq. ita legimus:

Τησι δ' αμ' η ΕΛΑΤΑΙ, ηε δρυες υψικαρηνοι
Γεινομενησιν εφυσαν επι χθονι βωτιανειρη·
Καλαι, τηλεθαουσαι, εν ΟΥΡΕΣΙ υψηλοισιν
Εστασ' ηλιβατοι· ———

Vide etiam, ſi ita libeat, *Virg.* Eclog. 7. v. 66. Georgic. 4. v. 112. Æneid. 5. v. 449. 11. v. 134. et ſeqq. *Phæd.* lib. 4. fab. 6. v. 6. 7. *Ovid.* Metamorph. lib. 1. v. 94 95. lib. 14. v. 534. Amor. lib. 1. Eleg. 14. v. 11. 12. Faſt. lib. 5. v. 87. Heroid. Epiſt. 9. v. 87. *A. Sabin.* Epiſt. 3. v. 41. et *Heinſ.* annot. ad loc. *Sil. Ital.* lib. 1. v. 205. *Lucret.* lib. 1. v. 896. 897.—6. v. 1242. 1243. — 6. v. 786.

Plinius Hiſt. Nat. lib. 16. c. 18. *Montes amant* cedrus, *larix, tæda, et ceteræ, e quibus reſina* *gigni-*

gignitur.—c. 32. *Cedrum æſtuoſis partibus dederat,* (natura,) *at in Lyciis Phrygiiſque montibus naſcitur.* — c. 18. *Montes et valles diligit* abies, *robur, caſtaneæ, tilia, ilex, cornus.* —— c. 39. *Eſt per gentium quoque regiones in iis* (abietibus) *differentia.* Alpibus Apenninoque *laudatiſſimæ*; *in Gallia* Jura ac monte Vogeſo; *in Corſica, Bythinia, Ponto, Macedonia. Deteriores Æneatica et Arcadica. Peſſimæ* Parnaſia *et Euboica, quoniam nodoſæ ibi et contortæ, putreſcenteſque facile.* —c. 10. *Similiter* abieti *expetitæ navigiis: Situs in excelſo montium, ceu maria fugerit, nec forma alia.* Et paulo ante, Picea *montes amat atque frigora:* —— Sed quid attinet, quod probatione non indiget, hoc teſtimoniis allatis probare?

3. Idem de voce פסח ſentiebat Cl. *Clericus,* quod *Harius*; verti, nimirum, debere, *abundantia,* ſive, *copia*; ut et viri doctiſſimi, *Muiſius* et *Gejerus.* (Conſule etiam *Caſtelli* Lex. in voce פסס:) Quoniam vero quæ primus horum de hac voce in annot. ad loc. diſſeruit, ad rem noſtram magis faciat, ideo hic exſcribenda cenſemus: *Eſt* פסח phiſſah *a* פסס phaſas, *quod* imminutus fuit *ſignificat, ſed hic omnino idem eſt ac Chaldaicum* פסא phſa, *quod eſt* expandit, diffudit ſe, *adeoque rei, de qua ſermo eſt,* copiam *deſignat. Nuſquam alias vox legitur,*

ſed frequentius occurrit vox פסים phaſſim, *quæ* fruſtra *et* particulæ *vertitur, cui ſignificationi hic non eſt locus.* LXX *verterunt* στήριγμα· *Hieronymus*, memorabile triticum: *Interpres Chaldæus*, סעיד לחמא ſahid lahhma, *fulciens panis. Quorum rationem ex Hebraica lingua intelligere non licet. Cum* פסה *ſit fœminini generis, antecedit tamen verbum maſculinum* יהי jehi *pro* יהיה jihjeh, *ſive ſit Enallage generis, de qua* Joan. Buxtorfius *Theſ. Lib.* 2. *c.* 10. *ſive librariorum mendum:* Quod quidem verius eſſe puto; nam, ut alibi obſervat vir eruditiſſimus, *Multæ ſunt enallagæ generis, quas ſuſpicor* librariorum *potius eſſe, quam ſcriptcrum ſacrorum.* Vid. annot. ad Eſa. 8. ℣. 22. Vid. etiam ad Pſ. 63. ℣. 2. 119. ℣. 167. et Jer. 4. ℣. 30. 11. ℣ 15. et pag. 322. hujus Diſſertat. annot.

Illud tantum obſervandum ſupereſt, quæ ſub finem harum animadverſionum noſtri afferunt, falſá eſſe, ut ſunt falſiſſima, ex verſione, qua hanc periodum ſupra donavi, pag. 380. perquam manifeſtum eſt.

Tandem vero ad poſtremas noſtrorum in *Harium* animadverſiones veniendum. Hæ autem in illa emendatione vituperanda verſantur, quæ vocem במתים, Pſ. 88. per 5. textu eliminat, atque in marginem rejicit, utpote nihil aliud quam variam lectionem τȣ חלמתים

period.

period. 10.* Noſtri Rabbinorum fide nixi nos docent, hic et Vol. 3. pag. 132. moris fuiſſe apud Judæos, ut ii, qui ipſi ſibi mortem conſciverant, aut anathemate percuſſi mortem obierant, aut qui capitis damnati fuerant, ſeorſim ab aliis ſepelirentur, ne illos funeſtarent: atque ad hanc conſuetudinem hac periodo reſpici contendunt; Pſaltenque ſeſe cum במתים חפשי conferre; cadavere ab ipſo mortuorum (ſi ita loqui fas ſit,) conſortio excluſo: το במתים igitur a manu auctoris eſſe, et proinde omnino retinendum cenſent.

Verum, ne dicam, quæ de hac conſuetudine noſtri attulerunt, cum ex auctoritate Rabbinica tota pendeant,* nequaquam ſatis firma eſſe ad illorum interpretationem ſanciendam, —immo vero hanc loquutionem, במתים חפשי, nuſquam alibi per totum vetus teſtamentum occurrere, — id unum, niſi me animus fallit, *Harii* emendationi firmandæ, noſtrorumque adeo hunc locum explicandi rationi evertendæ, abunde ſufficit, quod vox חפשי το במתים, ut ex perpetuo fere Hebraici ſermonisuſu conſtat,

* Forte gloſſema erat loquutionis עם־יורדי בור in period. præcedent.

* Vide, ſis, Hiſtoricos noſtros, Vol. 3. p.132.173. in Not.

ſtat, antecedere debuerat: Vid. *Nold.* Concordantt. ſub partic. ב. ſignificat. 16. Hoc ſane in cauſa eſt, cur במתים, quod olim retinendum, (annot. in Pſ.) nunc expungendum putem: Et ſic quoque omnes hujus periodi verſiculi pedum numero convenient; nimirum, erunt *Iambici Dimetri Catalectici*. Vox חפשי, ut recte docet Harius, hic valet *ſemotus*, *ſolitarius*, ſive, a *conſortio hominum excluſus*: חללים verti debet *interfecti*;* *creſcitque*, ut bene etiam monet *Muiſius*, *hic oratio*; *antea* mortuum *ſe dixit*, *nunc* interfectum: *quorum immitius et crudelius fatum habetur.* מידך נגזרו, *a manu tua exciſi ſunt*, optime explicueris, "non amplius in tutela divinæ "providentiæ ſunt; neque cæteris, quibus "Deus, pro gratia ſua, dum in vivis agerent, "eos afficere ſolebat, beneficiis fruuntur." Vid. Cl. *Clericum* ad verſ. 11. 13. hujus Pſalmi; *Gejerum* et *Druſium* in *Pol.* Synopſ. ad loc. *Glaſſ.* Rhetor. Sacr. Tract. 1. Cap. 7. de Ανθρωποπαθεια· pag. 724. 729. 730. *Taylor.* Concordantt. in voc. יד.

Hanc igitur periodum ad rationem *Harianam* in metra reſolutam ſic reddiderim:

Semo-

* Adi, ſi ita libeat, quæ de vi vocis חלל vir ingenioſiſſimus juxta atque doctiſſimus, *Benjaminus Kennicottus*, diſputavit Diſſertat. 1. *de Statu Textus Hebraici* &c. pag. 102. — 124.

Semotus a conſortio hominum, *ſicut interfecti,*
Qui jacent in ſepulchro; quorum nulla
Eſt amplius apud te memoria; nam ipſi
A manu tua exciſi ſunt.

Iamb. Dim. Catalect.

ħopſĭ cemó ħalálim
ſ̆océbă kéber; ſ̆élo
zecártam yód; vehémmah
mijádecá nigzáru.

Atque hæc ſunt, quæ ad criticas noſtrorum animadverſiones animadvertenda duxi. * Inſimulatur ab iis epiſcopus, quod alios ex hiſce locis hypotheſi δȣλευων, alios autem, criticæ ſuæ facultatis oſtentandæ gratia, temere ſollicitarit. Quæ quo jure optimo eruditiſſimoque vira exprobraverint hiſtorici noſtri, iis, quæ in contrariam partem diſſeruimus, perlectis, aliorum judicium eſto.

* Quod ad illam noſtrorum obſervationem, quæ pag. 605. ejuſdem Tom. extat, illorum ſententiæ facile accedo; quemadmodum in annot. ad Pſ. 22. period. 22. ad quam lectorem amandaverim, innui.

PERORATIO.

CUM igitur Metricam *Harianam* (ut brevi peroratione hanc Diſſertationem claudam,) validiſſimis quibuſque rationibus, niſi animus me fallit, aſtruere atque confirmare conatiis fuerim, tum etiam objectum, a quo maxime omnium, quæ opponi poſſunt, timendum erat, coarguerim, ſimul et alias hypotheſes longe ineptiſſimas atque abſurdiſſimas eſſe, aliqua ex parte, oſtenderim, illud unum ſupereſt, ut huic Diſſertationi fine impoſito, quæ in illa de hypotheſi *Hariana* diſſerenda habui, lectori erudito et candido penſitanda et judicanda permittam; qui quin in illam, ſummatim ſpectatam inclinatione voluntatis propenſior paulo futurus ſit, ſi non veram eſſe perſuaſſimum habiturus, nullus dubito, cum ſecum reputaverit, illam rectæ rationis placitis, atque principiis claris et certis niti; cum linguæ Hebraicæ natura atque ingenio optime conſtare; antiquis Verſionibus, necnon locos in Pſalmis parallelos inter ſe collatos firmari; ſenſum ut plurimum cum metro finiri; quamplurimos denique locos, metrices hujus ope,

emacu-

emaculatos atque integritati ſuæ reſtitutos eſſe, alioſque illuſtratos, et in clara luce collocatos, * quos obſcuritates et tenebræ nulla quantacunque induſtria, eruditione, vel acumine

* Teſtes ſint multi in *Pſalmis* loci, qui ante *Harium*, interpretibus crucem fixerant. Teſtes etiam ſint plurimi apud *Job.* et *Proverb. Salomon.* quos Metrica *Hariana* opem præſtante, integritati ſuæ reſtituit vir doctiſſimus ſæpius a nobis nominatus, *Richardus Greyius.* Imprimis autem teſtimonio ſint *Ultima Verba Davidis*, ab eodem Critico feliciter enucleata atque illuſtrata, eruditiſſimis quibuſque interpretibus fruſtra in iis explicandis inſudantibus. * His adde *Deboræ* Επινικιον, (cujus " Media, inquit *Lowthius*, ut verum fateamur, obſederunt haud exiguæ difficultates, multum officientes Carminis pulchritudini, nec facile diſſipandæ, niſi uberior hiſtoriæ lux accederet :" *De Sac. Poeſ.* p. 274. Vid. etiam Cl. *Cler.* annot. ad hoc Cantic.) et *Habaccuci Orationem*, (quam obſcuriſſimam atque intellectu difficillimam eſſe, inter omnes fere conſtat,) necnon *Davidis Carmen funebre* in mortem *Saulis* et *Jonathanis* compoſitum*:* Quæ omnia Poemata, Hypotheſi *Hariana* in ſubſidium advocata, pluribus vitiis nuper liberavit, locisque corruptis et obſcuris ſanitatem et perſpicuitatem reddidit vir doctiſſimus, idemque jam olim amicus meus, *Gulielmus Greenius.* Agmen claudant *Threni Jeremiæ*, quos ego itidem, Metricæ hujus ope, a pluribus mendis, niſi me omnia fallunt, purgavi; locoſque nonnullos, quibus obſcuritatis nebulæ inſederant, aperta luce collocavi. De hiſce vero aliorum ſit judicium, cum meas annotationes legerint,

* *Aliud ejuſdem rei evidens et illuſtre exemplum præbent Davidis verba noviſſima, utcunque* difficilis *et* impedita *ſit ejus vaticinii, quod dictionem attinet, interpretatio.* Lowthius in prælect. p. 175.

mine diſſipandæ, antea obſederant; quique conatus omnes virorum ingenio et doctrina inſtructiſſimorum inanes irritoſque reddiderant.

legerint, quas cum Textu Hebræo in verſiculos metrice diviſo, et nova Latina verſione donato, forſan editurus ſim, ſi Deus otium et valetudinem ſuffecerit.

Fieri autem nullo pacto poteſt, quin Metrica illa vera ſit, quæ cum locos in Textu Hebr. depravatos, tum etiam iis medendi rationem plerumque indicet. Proindeque Metricam *Harianam*, licet innumeros fere locos haud dubiam lucem attulerit, falſam tamen eſſe, tam mihi credibile eſt, quam poſſe, ut mille feras, ad quas reſolvendas nulla comparata eſt, clavis quæpiam reſolveret.

METRI-

METRICÆ LOWTHIANÆ

CONFUTATIO.

METRICÆ LOWTHIANÆ CONFUTATIO.

Quid eſt enim temeritate turpius? aut quid tam temerarium, tamque indignum ſapientis gravitate atque conſtantia, quam aut falſum ſentire, aut, quod non ſatis perceptum ſit et cognitum, *ſine ulla dubitatione* vituperare.

CUM viri reverendi *Roberti Lowthii*, Archidiaconi *Wintonienſis* Metricæ *Harianæ* brevis Confutatio prælectionibus de ſacra poeſi Hebræorum ſubjecta, ita ſe (ut nonnulli me certiorem fecerunt,) doctis quibuſdam probaverit, ut perſuaſum habeant, virum eruditiſſimum *Harii* hypotheſin nihili eſſe, putrique et caſſo, atque adeo falſo niti fundamento, clariſſime oſtendiſſe, ſuamque de hac hypotheſi ſententiam rationibus tam validis firmaviſſe, ut plane extra omnem controverſiam poſita ſit, profecto qui eam ita adoriri velit, ut ſolummodo de parte aliqua quæſtionem inferat, dubitationem ac ſcrupulum ſubinde injiciat, aut unum atque alterum ejus argumentum convellat, " fruſtra * ſperaverit ſe opinio- " nem eorum animis tam alte infixam, tanti- " que

* Vide *Lowthii* Confutationem ſub initio.

“ que viri auctoritate munitam, exempturum: “ nedum is fidem impetrabit, qui doctiſſimum “ virum fruſtra hic eſſe, propoſitoque penitus “ excidiſſe, affirmet, niſi validiſſimis rationi- “ bus illius Confutationem evertat, Metricam “ *Harianam* confirmet. Miſſis igitur ambagi- “ bus ad rem illico deveniam, et exemplo, “ quod unum probationis genus incredulis hac “ in cauſa aſſenſum extorquere poſſit, clariſſi- “ mo et certiſſimo oſtendam, *Harium* de facto “ deprehendiſſe poeſeos hujus naturam et re- “ gulas; haſque ejuſmodi eſſe, tam inconcuſ- “ ſis fundamentis ſuperſtrui, ut neque ille, “ neque alius quivis quamlibet doctus, ſive “ *per ridiculum*, ſive ſerio, illis refutandis ſit.” Exemplum, quo utar erit Pſalmus 111. is ipſe, quo utitur *Lowthius*; qui probe expen- ſus *Harii* hypotheſin ſatis aperiet et proba- bit, ſimulque *Lowthii* rationes *omnes* funditus evertet.

PSALMUS CXI.

Verſ.		Period.
1.	“ *ódeh jáhvoh bécol lébab,*	
2.	*béſod jéſarím veyédah.*	1.
3.	“ *gédolím mayſé jah,*	
Pſalter, tranſlated from the Latin Verſion of Feline, *i. e.* Martin Bucer	Argentine,	Francis Foye,	1530	12°	Publ. Libr. Camb.
Pſalter, tranſlated from the Latin by Geo. Joye	Antwerp,	Martin Emperowre,	1534	12°	Publ. Libr. Cam. Mr. Herbert.
Pſalter, Latin and Engliſh	London,	R. Grafton,	1540	8°	Mr. Herbert.
Pſalter	Ditto,	Edward Whitchurch,	1549	12°	Ames, p. 208.
Pſalter	No Place,	Ditto,	No Date	12°	Britiſh Muſeum.

					In the Poſſeſſion of
Pſalter, according to the great B.	Lond.	Humph. Powell for E. Whitchurch,	No Date	4°	
Pſalter in Metre, ſaid to be tranſlated by John Keeper	Ditto,	John Daye,		4°	Bodleian Library. Mr. Herbert.
Pſalter in Englyſhe Metre, tranſlated by Robert Crowley	Ditto,	Robert Crowley,	1549	4°	
The Seven Penitential Pſalms, by Sir Thomas Wyat *	Ditto,	Rich. Tottell,	1549	12°	Emanuel College Library.
Pſalter, according to the great B.	Canterb.	Johan Mychell,	1550	4°	
The Pſalms in Metre, by T. Sternholde †	Lond.	Ed. Whitchurch,	1552	12°	Sir J. Hawkins.
Certayne Pſalmes ſelect out of the Pſalmes of Dauid, and drawen into Englyſhe Metre, with Notes to euery Pſalme, in IIII Parts, to Synge, by F. S. (Francis Seagar.)		William Seres,	1553	12°	Sir J. Hawkins.
The Pſalter in verſe [by Abp. Parker]			1567	4°	
Pſalter according to the great B.	Ditto,	William Seres,	1569		

* The Earl of Surrey alſo tranſlated ſeveral Pſalms.

† The Title of this Book is here briefly given; but is as follows in the printed Copy, "All "ſuche Pſalmes of Dauid as Thomas Sternholde late Grome of the Kynges Maieſtyes Robes did "in his Life-tyme drawe into Englyſhe Metre."

Pſalms

Title	Place	Printer	Date	Size	In the Poſſeſſion of
Pſalms, tranſlated into Proſe, from the Latin of Beza, by Anth. Gilbie	Lond.	Ric. Yardley and Peter Short, for the Aſſignes of W. Seres,	No Date	16°	Mr. Cecil of Lewes.
Pſalms, black letter	Ditto,	John Daye,	No Date	4°	Lambeth Library.
The firſt Parte of the Pſalmes, collected into Engliſhe Metre, by Thomas Sternholde and others, conferred with the Hebrew, with apte Notes to ſing them withal *	Ditto,	John Day,	1564	12°	Sir J. Hawkins.
The Pſalms in Metre, by T. Sternhold, &c.	Ditto,	Ditto,	1564	12°	Dr. Percy.
Pſalms, by Arthur Golding, with Calvin's Commentaries	Ditto,	Thomas Eaſt and Henry Middleton, for Lucas Harriſon and George Biſhop,	1571	4°	Mr. Herbert.
The Pſalms in Metre by T. Sternhold, &c.	Ditto,	John Daye,	1572	4°	
Pſalms, Geneva Verſion	Ditto,	Hen. Denham,	1578	16°	Mr. Herbert.

* To this Edition of the Pſalms is prefixed the Catechiſm, as alſo an Introduction to learn to ſing; of which ſee a particular Account in Sir John Hawkins's Hiſtory of Muſick, vol. III. p. 508.

					In the Poſſeſſion of
The whole Boke of Pſalmes, collected into Engliſh Metre by T. Sternhold, W. Whittingham, J. Hopkins, and others, conferred with the Hebrue, with apt Notes to ſing them withal	London,	John Daye,	1579	4°	Sir J. Hawkins.
The Pſalms in Metre, by T. Sternhold, &c.	Ditto,	Ditto,	1580	fol.	
The Pſalmes truly opened by Paraphraſes, from the Latin of Beza, by Anth. Gilbie, in Proſe	Ditto,	Hen. Denham,	1581	12°	Dr. Percy.
The firſt 21 Pſalms, tranſlated by Robinſon from the Latin Verſion of Victorinus Strigelius; *ſub tit.* "Part of the Harmony of King David's Harp"	Ditto,		1582	4°	Ames, p. 390.
The whole Booke of Pſalmes, collected into Engliſh Metre, by T. Sternhold, J. Hopk. W. Wittingham, & others, conferred with the Hebrew, with apte Notes to ſing them withall	Ditto,	John Daye,	1582	12°	Sir J. Hawkins.

					In the Poſſeſſion of
Pſalter, according to the Great Bible	London,	Hen. Denham,	1583	4°	Mr. Herbert.
The Pſalms in Metre	Ditto,	John Daye,	1583	4°	
The whole Pſalter tranſlated into Eng. Verſe, by Sir Philip Sidney and the Counteſs of Pembroke	In MS. never printed.				
Pſalms	Lond.	Tho. Vautraullier,	1587	12°	Lambeth Library.
Welſh Pſalter	Ditto,		1588 1621	4°	Lambeth Library.
Pſalms in Metre by T. Sternholde, &c.	Ditto,	John Wolfe, for the Aſſigns of Richard Day,	1591	4°	Mr. Herbert.
Pſalms, Expoſition of the, by Tho. Wilcocke, no Title			1591	4°	Lambeth Library.
Pſalms, with their Tunes	Ditto,	Tho. Eſt,	1592	8°	Mr. Herbert.
Pſalter	Ditto,	Deputies of Chriſtopher Barker,	1594	fol.	Britiſh Muſeum.
Pſalms in Metre, by Sternhold, &c.	Ditto,	John Windet, for the Aſſigns of Richard Day,	1595	fol.	Britiſh Muſeum.
Ditto,	Ditto,	Ditto,	1595	4° & 8°	Mr. Herbert.
Ditto,	Ditto,	Ditto,	1597	fol.	Britiſh Muſeum.
Ditto,	Ditto,	Ditto,	1598	4°	Sir J. Hawkins.
Pſalms in Proſe and Metre, with Tunes; the Proſe according to the Geneva Tranſlation; the Metre by T. Sternhold, &c.	Dort.	Abr. Canin,	1601	16°	Mr. Herbert.

Pſalms

					In the Poſſeſſion of
Pſalms for the Church of Scotland	Middleburgh,		1602	12°	Lambeth Library.
Pſalter	London,	Robert Barker,	1606	4°	Britiſh Muſeum.
Pſalms in Metre, as allowed by the Kirk of Scotland	Edinb.	Heirs and Succeſſors of And. Anderſon,	1608	24°	Mr. Herbert.
Pſalms in Proſe and Metre	Ditto,		1611	8°	Bodleian Library.
Pſalms, with certain Songs and Canticles of Moſes, Iſaiah, Hezekiah, &c.	Ditto,		1611	8°	Lambeth Library.
The Pſalms in Proſe and Metre, by Henry Ainſworth	Amſterdam,	Giles Thorp,	1612	4°	Lambeth Library, Sir J. Hawkins, Mr. Herbert.
Pſalms in Metre, by Sternhold, &c.	Ditto,	Comp. of Stationers,	1612	4°	Britiſh Muſeum.
The Pſalms, by Hen. Ainſworth	London,		1612	4°	
Ditto,	Amſterdam,	Ditto,	1613	8°	Britiſh Muſeum.
The Pſalms in Metre, by Will. Johnſon	Ditto,		1613	8°	Vid. Le Long.
Fifty Select Pſalms, paraphraſtically turned into Eng. Verſe [by Sir Edwin Sandys; *vid.* Wood's Ath.] and ſet by Robert Tailour, &c.	Lond.	Tho. Snodham,	1615	4°	Dr. Percy.
Pſalms, ditto			1617		
Pſalms in Proſe and Verſe, with the Songs of Moſes, Deborah, &c. tranſlated by H. Dod			1620	8°	Bodleian Library.

Pſalms

					In the Poſſeſſion of
Pſalms, by Tho. Ravenſcroft	London,		1621	8°	Lambeth Library.
The whole Booke of David's Pſalmes, both in Proſe and Metre, with apt Notes to ſing them withall, by Sternhold, &c.	Dirto,	For the Company of Stationers,	1625 1626	24° 8°	Sir J. Hawkins. Lambeth Library.
Certaine Pſalmes in Engliſh Verſe, by Francis Lord Verulam Viſcount St. Albans	Ditto,	For Street and Whitaker,	1625	4°	Dr. Percy.
Ditto,	Ditto,	For Hanna Barrett and R. Whitaker,	1625	4°	Lambeth Library.
The Pſalms in Proſe, tranſlated by Alex. Top, Eſq.	Amſterdam,	Jan. Fred. Stam.	1629	fol.	Sion College, Dr. Percy.
The Pſalms tranſlated by King James, in Metre, with the Proſe as in his Bible	Oxford,	Wm. Turner,	1631	12°	Lambeth Library, Dr. Percy, Mr. Herbert.
The Pſalms in Lyrick Verſe, by George Wither	Netherlands,	Van Breughel,	1632	12°	Dr. Percy.
All the French Pſalm Tunes, with Engliſh Words, according to the Verſes and Tunes uſed in the Reformed Churches, &c.	Lond.	Tho. Harper,	1632	12°	Dr. Percy.
Pſalms in Proſe and Metre	Aberdeen,		1633	8°	Bodleian Library.

					In the Poſſeſſion of
Pſalms in Metre	Ediuburgh,		1635	8°	Sion College.
Pſalms in Proſe and Metre	Ditto,	Heirs of And. Hart,	1635	8°	Bodleian Library, Lambeth Library.
Paraphraſe on the Pſalms tranſlated by King James	London,		1636	fol.	
A Paraphraſe upon the Pſalmes and upon the Hymns diſperſed throughout the Old and New Teſtament, by G. S. [George Sandys]	Ditto,		1636	12°	Sir J. Hawkins. Dr. Percy.
The Pſalms of David and other Holy Prophets, by B. R. Eſq. [perhaps, Burnaby]	Ditto,	For Fra. Conſtable,	1638	12°	Sion College, Dr. Percy.
The Pſalms in Metre [no name of Tranſlator]	Rotterdam,	For H. Tutill,	1638	12°	Dr. Percy.
The five Books of Moſes, the Pſalms, and the Canticles, tranſlated by H. Ainſworth	Lond.	M. Parſons, for John Bellamie,	1639	fol.	Sion College.
Pſalms in Proſe and Metre with Notes	Ditto,	R. C. for Company of Stationers,	1643	16°	Mr. Herbert.
The Pſalmes in four Languages, (*viz.* Greek, Latin, Engliſh, and Hebrew) by W. S. (Wm. Statyer)	Ditto,	Tho. Harper,	1643	12°	Dr. Percy.

					In the Poſſeſſion of
The Pſalms in Metre, cloſe and proper to the Hebrew [by Wm. Barton, afterwards much altered]	London,	Matt. Simmons,	1644	12°	Dr. Percy, Sion College.
The Pſalmes in Eng. Proſe and Metre, with Annotations by Hen. Ainſworth	Amſterdam,	Tho. Stafford,	1644	8°	Dr. Percy.
Some of Milton's Pſalms, printed among his Poems	Lond.	Ruth. Raworth,	1645	8°	Dr. Percy.
The Pſalms in Metre, by Fr. Rouſe [N. B. From this was formed the Scottiſh Verſion]	London,		1646	8°	Wood's Athenæ.
The Pſalms in Metre, by Francis Roberts, printed with his Key to the Bible;	Edinburgh,		1649	8°	Vid. Le Long.
and again in other Sizes			1656, &c.		
Pſalms in Metre, by Hen. King, Biſhop of Chicheſter	London,		1651	8°	Bodleian Library.
The Pſalms, with a Paraphraſe	Ditto,		1653	fol.	
Pſalms in Metre, by W. Barton, M. A.	Ditto,	Roger Daniel,	1654	12°	Sion College, Dr. Percy.
The Pſalms in Metre, by Hen. King, Biſhop of Chicheſter	Ditto,		1654		

					In the Poſſeſſion of
Pſalms, with a Paraphraſe and Annotations, by Hen. Hammond			1659	fol.	
Pſalms paraphraſed	London,	Tho. Garthwaite,	1664	8°	Lambeth Library.
A Paraphraſe on the Pſalms, by Sam. Woodford	Ditto,	R. White,	1667	4°	Sion College, Dr. Percy.
The Pſalms paraphraſed, by Miles Smyth	Ditto,	For T. Garthwait,	1668	8°	Dr. Percy.
Many of the Pſalms paraphraſed, in the Works of Abraham Cowley	Various Editions, folio.				
Pſalms in Metre, by Biſhop King	London,		1671	8°	Lambeth Library.
A Paraphraſe upon the Divine Poems; *viz.* Job, Eccleſiaſtes, the Song of Solomon, the Lamentations, the Songs in the Old and New Teſtament, and the Pſalms, by Geo. Sandys	Ditto,		1676	8°	Sir J. Hawkins.
The Pſalms in Metre, by Sam. Woodford	Ditto,		1678	4°	
A Century of ſelect Pſalms, in Verſe, by John Patrick	Ditto,		1679		Bodleian Library.
Pſalms and Hymns in Metre, for the Uſe of the Saints, eſpecially in New England, 5th Edit.	Ditto,	For R. Chiſwell,	1680	12°	Dr. Percy.

					In the Poſſeſſion of
The Aſcents of the Soul: Paraphraſes on the Fifteen Pſalms of Degrees, from the Italian of Loredano, rendered into Engliſh [by Henry Lord Coleraine]	London,	For R. Harford,	1681	fol.	Dr. Percy.
Pſalms in Metre, by Sternhold, &c.	Ditto,		1682	8°	Sion College, Lambeth Library.
Pſalms in Metre, by J. Patrick	Ditto,		1684	12°	Sion College.
A Century of ſelect Pſalms, by J. Patrick, &c.	Ditto,	For R. Royſton,	1686	8°	Dr. Percy.
Pſalms ſung in the Pariſhes of St. Martin and St. James	Ditto,		1688	12°	Lambeth Library.
Pſalms and Hymns in Metre, by Simon Ford, D. D.	Ditto,	For Brab. Aylmer,	1688	12°	Sion College, Bodleian Library, Lambeth Library, Dr. Percy,
Pſalms in Metre, by W. Barton, M. A.	Ditto,		1691	12°	Lambeth Library.
A Century of ſelect Pſalms turned into Metre, for the Uſe of the Charter-houſe, London, by John Patrick	Ditto,		1691	12°	Dr. Percy.
The firſt 20 Pſalms, by N. Brady and N. Tate	Ditto,		1695	8°	Dr. Percy.
Pſalms, by N. Brady and N. Tate, firſt licenſed to be ſung in Churches, 1696	Ditto,		1696	8°	Mr. Herbert.

Davideos,

					In the Poſſeſſion of
Davideos, or a Specimen of ſome of David's Pſalms in Metre, with Remarks on the Latin tranſlators, by John Phillips (by miſtake dated 1798)	London,	For W. Keblewhite,	1698	8°	Dr. Percy.
Pſalms in Metre, by J. Patrick	Ditto,		1698	8°	
Pſalms in Metre, tranſlated by Luke Milbourne Preſbyter, &c *.	Ditto,	W. Rogers & *al.*	1698	12°	Mr. Cecil of Lewes, Dr. Percy.
Pſalms in Metre, by N. Brady and N. Tate	Ditto,		1698	8°	Lambeth Library.
Some of the Pſalms in Metre, by J. Patrick, N. Brady, and N. Tate	Cambridge,	For the Uſe of the Univerſity	1699	12°	Dr. Percy.
The Pſalms of David [in Proſe] tranſlated from the Vulgat [by Mr. Carryll, created Lord Dartford by the Pretender]	Paris,		1700	12°	Lambeth Library, Dr. Percy.
Pſalms, newly tranſlated, in Metre	London,	Tho. Parkhurſt,	1700	12°	Lambeth Library.
The firſt fifteen Pſalms in Lyric Verſe, by Dr. [James] Gibbs	Ditto,	J. Matthews,	1701	4°	Bodleian Library, Dr. Percy.

* In his Preface, Milbourne mentions Verſions of the Pſalms by Mr. May, Mr. Burnaby, and Mr. Goodridge, as alſo by Mrs. Beale, the Painter; the laſt, I believe, are printed in Dr. Woodford's Paraphraſe. P.

					In the Poſſeſſion of
The Pſalms in Metre, by Wm. Barton, M. A. as left finiſhed in his Life-time	London,	For the Company of Stationers	1705	12°	Dr. Percy.
Select Pſalms, by Baſil Kennet				8°	
Pſalms, with the Argument of each Pſalm	Ditto,	John Taylor,	1701	8°	Lambeth Library.
Pſalms, by J. Johnſon	Ditto,		1707	8°	Lambeth Library.
Pentateuch, Job, Pſalms, Proverbs, Eccleſiaſtes, aad Solomon's Songs, with Obſervations by Matt. Henry	Ditto,	vol. i. vol. ii.	1707 1710	fol.	Sion College.
The Pſalms in Metre, allowed by Authority of the Kirk, &c.	Edinburgh,		1710	12°	Dr. Percy.
The Pſalms in Metre, by Sir John Denham	Lond.	For J. Bowyer,	1714	8°	Dr. Percy.
Pſalms and Hymns, by the late Rev. Dan. Burges	Ditto,	For Job Clarke,	1714	12°	Dr. Percy.
The Pſalms in Metre, by John Patrick, D. D. [This is the whole Pſalter]	Ditto,	For John Churchill,	1715	12°	Dr. Percy.
The whole Book of Pſalms, with all the ancient and proper Tunes compoſed, &c. by John Playford, 13th Edit.	Ditto,	For the Company of Stationers,	1715	8°	Dr. Percy. Mr. Nichols.

					In the Poſſeſſion of
Pſalterium Americanum; the Pſalms in blank Verſe [yet printed as Proſe]	Boſton,	by S. Kneeland,	1718	12°	Dr. Percy.
The Pſalms imitated in the Language of the New Teſtament, by I. Watts	London,	For J. Clarke, &c.	1719	12°	Dr. Percy.
Pſalms in Metre, by Sir Ric. Blackmore	Ditto,	J. March,	1721	8°	Dr. Percy, Mr. Nichols.
A Paraphraſe of ſome ſelect Pſalms by Mr. Richard Daniel* Archdeacon of Armagh	Ditto,	For Birn. Lintot,	1722	8°	Dr. Percy, Mr. Nichols,
The New Verſion, by N. Brady, D. D. and N. Tate, Eſq.	Dito,	For Comp. of Stat.	1728	12°	Dr. Percy.
The cxixth Pſalm paraphraſed, in Eng. Verſe, by Geo. Atwood, B. D. Archdeacon of Taunton	Ditto,	For W. Innys,	1730	4°	Dr. Percy.
The Pſalms in Metre, allowed by Authority of the Kirk, &c.	Glaſgow,		1734	12°	Dr. Percy.
A Collection of Pſalms and Hymns [ſeems Moravian]	Lond.		1738	12°	Dr. Percy,
Pſalms and Hymns for the Moravian Worſhip [by Mr. Gambold]	Lond.			8°	

* Archdeacon Daniel printed alſo a Verſion of the Penitential Pſalms.

					In the Poſſeſſion o
Pſalms, New Engliſh Verſion, by Z. Mudge	London,		1744	4°	
The Pſalms in Metre [in Lyric Meaſure, without Rhyme, by Mr. Pike]	Ditto,	by H. Kent,	1751	12°	Lambeth Library, Dr. Percy.
The Pſalms, from Buchanan's Latin into Eng. Verſe, by the Rev. T. Cradock [of Maryland]	Ditto,	For Mrs. A. Cradock, of Wells, &c.	1754	8°	Dr. Percy.
Pſalms and Hymns by Mr. Weſley, Mr. Whitfield, Mr. Madan, &c.		Frequent Editions.			
The Pſalms in Heroic Verſe [by Stephen Wheatland and Tipping Silveſter]	Ditto,	For S. Birt, &c.	1754	8°	Dr. Percy.
A ſelect Collection of the Pſalms, tranſlated by the moſt eminent Poets; publiſhed, with ſome Originals (of his own) by Henry Dell, Bookſeller	Ditto,	For the Editor,	1756	12°	Dr. Percy.
The Pſalter, in its original Form	Ditto,	S. Longman,	1759	8°	Lambeth Librar[y], Mr. Herbert.
Robſon's firſt Book of David'sPſalms in Heroick Verſe	Ditto,	W. Sanby,	1761	8°	Lambeth Librar[y]
Pſalms, tranſlated from the Hebrew, in meaſured Proſe, with Critical Notes, by Will. Green, A. M.	Cambridge,	Joſ. Bentham,	1762	8°	Lambeth Librar

Pſalms

					In the Poſſeſſion of
Pſalms and Hymns by Ch. Bradbury	London,		1763	12°	Lambeth Library.
Pſalms and Hymns by Dr. Doddridge	Ditto,				
Pſalms, in Verſe, tranſlated by James Merrick	Reading,		1765	4°	Lambeth Library.
The Pſalms of David, attempted in the Spirit of Chriſtianity, by Chriſtopher Smart, A. M.	Lond.	by Dryden Leach,	1765	4°	Dr. Percy.
The Pſalms in Metre, tranſlated or paraphraſed, by James Merrick, M. A.	Reading,	by J. Carnan,	1766	12°	Dr. Percy.
The Pſalms in Metre [the common Scottiſh Verſion] with Annotations of Mr. David Dickſon, Profeſſor of Divinity at Edinburgh	Glaſgow,		1769	12°	Dr. Percy.
A Collection of Pſalms, &c. by R. Flexman, D.D.	Ditto,	Waugh,	1770	12°	

*** Other Editions of the Pſalms might be added; but they are purpoſely omitted, as being rather Paraphraſes than Tranſlations.

THE END.

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ.

DE LAPIDIBUS,

POEMA ORPHEO A QUIBUSDAM ADSCRIPTUM,

GRÆCE ET LATINE,

EX EDITIONE JO. MATTHIÆ GESNERI.

RECENSUIT NOTASQUE ADJECIT

THOMAS TYRWHITT.

SIMUL PRODIT AUCTARIUM
DISSERTATIONIS DE BABRIO.

LONDINI,
TYPIS J. NICHOLS;
APUD BIBLIOPOLAS, PAYNE, WHITE, ET ELMSLY.
M.DCC.LXXXI.

PRÆFATIO.

ORPHEI nomen, poemati huic præfigi ſolitum, cur omiſerim, patebit ex notatis ad argumentum, p. 6. n. (2).

In cæteris editionem Jo. MATTHIÆ GESNERI, quæ ſimul omnes priorum editorum notas continet, repræſentare conſtitui, ſublata tamen praviſſima illa carminis in plures ſectiones diſtributione, quam ab auctore profectam nemo credat, & quæ ad mentem ejus obſcurandam magis quam illuſtrandam ſæpius eſt idonea(1). Porro cum poema hoc, poſt tot editiones, partim ob oeconomiam ipſius prorſus ignoratam, partim ob graves, quibus ſingulæ ſcatent paginæ, librariorum errores, etiamnum (ſecundum illud Ariſtotelis) *εκδεδομενον και μη εκδεδομενον* jure cenſeatur, mihi

(1) Inter alia interpretationem Latinam, a Geſnero, ut titulus præfert, *utcunque accuratam et emendatam*, recudendam dedi. Cujus jam poenitet. Sed profecto, antequam ſchedas poſt typographorum operam corrigendas perluſtrarem, non animadverteram, quam parum interpretatio illa ad auctoris noſtri illuſtrationem profutura eſſet.

præcipue laborandum duxi, ut oeconomiam ejus, quoties a Geſnero male perſpecta eſt, plane et diſtincte exponerem, tum vero librariorum errores quibus poteram, ſive meis ſive aliorum ſubſidiis, tollere tentarem. Et in hac quidem altera et difficiliore opellæ meæ parte, quam viam inſtiterim, accuratius paulo dicendum eſt.

Inter opera Orpheo tributa in edit. Philippi Juntæ, a. 1500. hic libellus *de Lapidibus* non comparet. Primum lucem vidit ex æd. Ald. a. 1517. ex MS. valde depravato. Recuſus eſt ap. Hæred. Junt. a. 1519; ab H. Stephano, a. 1566; ab Eſchenbachio a. 1689. Harum omnium editionum varias lectiones fideliter, credo, enotavit Geſnerus, diligentia magis laudabili quam eventu proſpero, cum pleræque earum ſint meræ typographorum hallucinationes, et ſatis conſtet poſteriores editiones vel Aldinam expreſſiſſe, vel ab illa ſine auctoritate Codd. MSS. diſceſſiſſe. Variis hiſce lectionibus nonnullas etiam doctorum virorum conjecturas, hinc inde collectas, nonnullas, nec infelices, de ſuo addidit Geſnerus; neque ipſe tamen Codice ullo MS. uſus. Tandem poſt mortem ipſius, collatio Codicis Pariſienſis, a Ruhnkenio V. Cl. ſubminiſtrata, editioni quæ Lipſiæ prodiit a. 1764. laudabili ſane conſilio adjecta eſt; cum Codex ille, licet non optimæ, ut videtur, notæ, novas quaſdam et lucu-

lentas

lentas præbuerit emendationes, tum etiam plures levioris momenti, quas Eſchenbachius ex conjectura tantum H. Stephani ediderat, auctoritate ſua confirmaverit.

His igitur ſubſidiis inſtructus, primum operam dedi, ut textum editionis Aldinæ ex collatione MS. Pariſienſis quantum poteram emendatum ſiſterem, adhibitis etiam noſtri locis quæ a Tzetze prolata ſunt, ex MS. alio certe et nonnunquam meliore. Quam unicam poſui quaſi ex Stobæo emendationem, ver. 75. Conradi Geſneri ingenio potius tribuendam reor. V. p. 2. n. (1). Sed cum veriſſima ſit, non magni intereſt (2). Ex-

(2) Re accuratius paulo inveſtigata, non dubito loca omnia noſtri, quæ in editionibus Stobæi poſt primam leguntur, a Conrado Geſnero interpolata fuiſſe. Simile quid obſervavit Fabricius Bibl. Gr. VIII, p. 666. de locis *Simplicii*, *Gregorii Theologi*, *Pauli Silentiarii*, *Agathiæ*, et *Agapeti*. "Nam ex Photio, qui auctorum, e quibus Stobæus ſua ſelegit, texit nomina, exploratum eſt, nullum horum a Stobæo teſtem citatum eſſe, verum loca illa ab alia manu, ut Agapeti ab editore Geſnero, acceſſiſſe." Equidem *loca illa omnia* (non ſolum Agapeti) a Geſnero inſerta credo; ut et *Hymnos Procli* duo, p. 389, 390. et ex *Orphicis*, qui vocantur, quinque, ibid. et p. 100. tum etiam plures verſus ex barbaro illo ſcriptore, qui nomen *Phocylidis* mentitus eſt. Ex vero ſcilicet Phocylide duo tantum fragmenta, opinor, conſervavit Stobæus, p. 434. 496.—Utinam exoriatur aliquis, qui genuinum nobis Stobæum ex Codd. MSS. emendatum donet, aut ſaltem *Eclogas Phyſicas et Ethicas*, quæ a Cantero ex codice mutilo et mendoſo editæ ſunt. Quantum in his ſuppleri et emendari poſſit, ex MSS. Auguſtano et Leidenſi, præclarum ſpecimen dedit Scriptor Anonymus

 in

Exhauſto hoc ex Codd. MSS. auxilio, cum plurima et graviſſima adhuc reſtarent vitia, ad ea tollenda conjectura ſola utendum erat. Provinciam autem hanc, lubricam ſane at neceſſariam, ita adminiſtravi, ut eas doctorum virorum conjecturas, quæ certæ videbantur, id eſt, in quibus neque de vitio nec de remedio dubitare poteram, in textum admiſerim, priore lectione in notis depoſita; cæteras minus certas, in quibus ſcilicet aut de vitio aut de remedio dubitabatur, in notis memorare ſatis habuerim; nonnullas plane ineptas, quales etiam primariis diſciplinæ noſtræ hominibus aliquando excidere ſolent, ſilentio præterierim. Meas autem ipſius conjecturas in textum nunquam intuli, cum de illarum veritate ab aliis judicari maluerim; quod quidem futurum erat, etiam ſi non maluiſſem.

Reſtat ut de ætate noſtri auctoris paucis agam; nam de ipſo quod dicam nihil prorſus habeo. Unicus autem exſtat locus, ut in n. ad ver. 70. innui, ex quo de ætate ejus conjecturam aliquam ſaltem facere poſſumus. Is eſt ver. 73-4.

in Miſcell. Obſerv. vol. VII. p. 181—196. ex quo hic tantum notare juvat, verſum integrum, et ad ſenſum apprime neceſſarium, *Hymno Cleanthis* reſtitui poſſe, poſt ver. 17. Πλην ὁποσα ρεζȣσι κακοι σφετεραισιν ανοιαις. Sic enim pergit MS.

ΑΛΛΑ ΣΥ ΚΑΙ ΤΑ ΠΕΡΙΣΣΑ ΕΠΙΣΤΑΣΑΙ ΑΡΤΙΑ ΘΕΙΝΑΙ,
Και ΚΟΣΜΕΙΝ τα ακοσμα, κ. τ. λ.

Και

Και κεν ὁ μεν κονιαισιν ὑπ' αορι κρατος απενθης [f. *αμερθεις*]
Λευταλεω θανατῳ διος φως εκτετανυσται.

Hinc vero, ut mihi quidem videtur, veriſimile fit, auctorem noſtrum iis temporibus ſcripſiſſe, quibus Magia, velut crimen capitale, gladio vindicaretur. Hoc autem nulla lege ſancitum invenio ante imperium CONSTANTII. Tum demum, invaleſcente Chriſtianiſmo, A°. ſcilicet C. 357, Conſtantii prodiit edictum de *Magis*, &c. *ſupplicio capitis feriendis* (3). Sub Magiæ autem nomine damnabantur *Aruſpicinæ*, *Vaticinia*, et artes omnes *Mathematicæ* vulgo dictæ; tum etiam *Theurgia* illa myſtica, quam præcipue excolendam ſuſceperant Philoſophi, qui a Plotino uſque ſapientiæ Platonicæ fæcibus ſe ingurgitaverunt (4).

(3) V. Cod. Theod. IX. Tit. XVIII. 5. Conſtantio A. IX. & Juliano C. Conſſ. " *Supplicio capitis ferietur*, gladio ultore proſtratus, *quicunque juſſis noſtris obſequium denegaverit.*" Deinde recenſentur, in quos lex lata eſt, " *Chaldæi et Magi, et cæteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat.*" Hi omnes uno verbo γοητες tunc temporis Græce vocabantur.

(4) V. Eunapium in *Vit. Philos.* et ſpeciatim in vitis *Maximi* et *Chryſanthii.* Et Maximus quidem, *vir ingenti nomine doctrinarum* (ut a Marcellino vocatur. l. XXIX. c. 1.) Juliani Imp. olim præceptor et familiaris, vetitam hanc circa res divinas περιεργιαν morte luit, ſub Valente correptus, ob oraculum quoddam ſciſcitantibus expoſitum, et *capite truncatus.* Marcell. l. c. Eunap. v. Maximi. Quid igitur? (quoniam conjecturis agendum eſt) quid ſi ponamus auctorem noſtrum ad hanc ipſam Maximi hujus cædem tum recentem reſpexiſſe, et proinde ſub Valente floruiſſe? Nihil certe video, quod conjecturæ huic multum adverſari poſſit; non pauca, quæ auxiliantur.

 Poſito

Poſito igitur (non dicam demonſtrato) Scriptorem hunc in ſæculo, quod legem illam Conſtantii inſecutum eſt, vixiſſe, facillimum erit difficultates nonnullas, quæ ex ulla alia hypotheſi mihi vix ſolubiles videntur, explicare. Hinc enim patet, cur multorum lapidum virtutes tam medicas quam theurgicas apud noſtrum invenimus, quorum ne nomina quidem ab antiquioribus de hac materia ſcriptoribus, Theophraſto ſcilicet, Dioſcoride, Plinio, aut Galeno, memorantur (5). Hinc quoque ratio petatur, cur auctor non modo nomen ſuum operi nuſquam inſcripſerit, ſed etiam ab omnibus rebus, quæ indicium ſui facere poſſent, prudens, ut videtur, abſtinuerit (6); cur denique libelli exemplaria tam pauca,

(5) Has lapidum virtutes, quæ vocantur, ſive poteſtates, univerſas a Theophraſto aut ignoratas aut neglectas fuiſſe conſtat. Nonnullæ a Dioſcoride περι ὑλ. ιατ. L. V. et a Galeno, περι ἁπ. φαρμ. L. IX. recenſentur, præcipue medicæ; plurimæ omnis generis a Plinio. N. H, L. XXXVII. qui etiam quæcunque in hoc libello leguntur non omiſſurus videtur, ſi ei alicunde innotuiſſent.

(6) Turbæ illæ ſub Valente, quæ Maximo funeſtæ fuerunt [V. ſupra. n, (4)] copioſe ſatis enarrantur ab Amm. Marcell. L. XXIX. Primorum reorum crimen erat *nomen imperaturi poſt Valentem deteſtandis præſagiis didiciſſe*. Procedente quæſtione, inquit Zoſimus. L. IV. p. 743. προς οργην αμετρον ὁ βασιλευς αναστας ὑποπτως ειχε προς ἁπαντας τους επι φιλοσοφια διαβοωντας, η αλλως λογοις εντεθραμμενους. Interficiebantur igitur, præter *Maximum*, ὁ εκ Φρυγιας ʽΙΛΑΡΙΟΣ ὡς δη χρησμον τινα λοξον εις το σαφεστερον ἑρμηνευσας· και ΣΙΜΩΝΙΔΗΣ επι τουτῳ· και ΠΑΤΡΙΚΙΟΣ ὁ Λυδος· και ὁ εκ Καριας ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ· ησαν δε ὁυτοι παντες

pauca, quaſi furtim, diſtributa fuerint, ut non mirandum ſit, eum vel per octo ſæcula latuiſſe, vel tandem in Tzetzis manus ſine ulla ſcriptoris ſui memoria deveniſſe (7). Quod vero ad internos ſcrip-

τες εις ακρον παιδειας εληλυθοτες, και φθονῳ μαλλον η ψηφῳ δικαιᾳ καταχριθεντες. Id. p. 744. Paulo aliter de *Hilario* Suidas in v. κατα παιδειαν μεν ην ανηρ ου γνωριμος. κοινωνειν δε αυτῳ θεος εδοκει της του μελλοντος προγνωσεως. ὥστε ην μαντις αριστος. Et de *Patricio* ſic, in v. ὃς της απο των φαινομενων η παρατρεχοντων σημειων τεκμαρσεως ακριβης ην εξεταστης. Scilicet, cum Philoſophi Magiæ operam darent, non mirum eſt Magos pro Philoſophis habitos. Incendium idem ſub Valente Libanium pene corripuit [de vit. ſua. p. 56.] qui etiam ob Magiæ crimen ſæpe alias periclitatus eſt. [ibid. p. 57. 17. 34-5.] Poſt multorum, *ut pecudum, ubique trucidationem* (inquit Marcellinus. l. c.) *deinde congeſti innumeri codices, et acervi voluminum multi, ſub conſpectu judicum concremati ſunt, ex domibus eruti variis, ut illiciti, ad leniendam cæſorum invidiam.* Sæpius autem accidit, ut, *ſignatis* reorum *domibus*, immitterentur, *qui inter ſcrutinia ſupellectilis poenis addicti incantamenta quædam anilia vel ludibrioſa ſubderent amatoria, ad inſontium perniciem concinnata; quibus in judicio recitatis, ubi non lex, non religio, non æquitas veritatem a mendaciis dirimebat, indefenſi bonis ablatis, nullo contacti delicto, promiſcue juvenes aliique, membris omnibus capti, ad ſupplicia ſellis geſtoriis ducebantur.* INDE FACTUM EST PER ORIENTALES PROVINCIAS, UT OMNES, METU SIMILIUM, EXURERENT LIBRARIA OMNIA: TANTUS UNIVERSOS INVASERAT TERROR.

(7) Michael Pſellus, qui centum annis ante Tzetzem vixit, et libellum ſcripſit *de Lapidibus* qui hodie exſtat, nihil habet quod ex noſtro certe derivatum dicere poſſimus. Tzetzes tandem ſæculo duodecimo (non *ſolus*, ut dixi in n. (1) p. 3. ſed) fortaſſe *primus* poema hoc ſub titulo Orphei citavit; nam auctorem Epitomes (de qua V. ADDENDA) ante Tzetzen vixiſſe non eſt cur credamus. Scriptorem autem noſtrum in Tzetzis manus ανωνυμον veniſſe, et proinde Orphei nomine ab eo donatum fuiſſe, idcirco veriſimillimum puto, quia video

 plures

ſcriptionis characteras attinet, difficile dictu quantum lucis et energiæ proœmio accedet, ſi ſupponamus auctorem id agere, ut mirabiles philoſophiæ theurgicæ poteſtates extollat, et ſimul queratur de nova illa religione quæ his *deorum donis*

plures alios tractatus, quorum ne tituli quidem ab auctoribus vetuſtioribus memorantur, ab eodem, velut Orphei, fidenter laudari, tam in Chiliaſi, quam in Commentariis ad Heſiodum et Lycophronem, quos etiam unius Joannis Tzetzis opera fuiſſe conſtat. [V. Fabric. Bibl. Gr. X. 245. ſeq.] Hic ſcilicet non ſolum vetuſtiſſimi vatis librum hunc ΛΙΘΙΚΑ inſcriptum, ſed etiam ΕΦΗΜΕΡΙΔΑΣ, et ΔΩΔΕΚΕΤΗΡΙΔΑΣ, et ΓΕΩΡΓΙΑΝ, ad manum habuit; cum aliorum plures verſiculos ex variis locis citaverit, et τας ΕΦΗΜΕΡΙΔΑΣ quaſi ταις Heſiodi ʽΗΜΕΡΑΙΣ in toto opere præferendas extulerit. *Comment. ad Heſiod.* ʽΗΜ. *princip.* Rem vero ſic ſe habuiſſe ſuſpicor. Incidit forte Tzetzes in librum omnia hæc poemata ſimul continentem; in quo libro cum primum locum occuparent ΕΦΗΜΕΡΙΔΕΣ. v. g. quæ, utpote Muſæo inſcriptæ, ad Orphea auctorem pro more referendæ viderentur, ipſe properanter nimis et incaute cætera etiam in eodem libro poemata Orpheo tribuenda exiſtimavit. Nam, ut infra monui, p. 6. n. (2) incredibile eſt quenquam, niſi ex tali errore, poema hoc περι λιθων Orpheo tribuere potuiſſe; et poema ΠΕΡΙ ΓΕΩΡΓΙΑΣ, ex quo, velut Orphei, multos verſus protulit Tzetzes, ſatis jam conſtat non aliud fuiſſe ab illo, quod vulgatum eſt a doctiſſimo Fabricio in Bibl. Gr. VIII. ſub vero ejus titulo, ΜΑΞΙΜΟΥ ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΡΧΩΝ. V. Weſſeling. *Probab.* c. 17. Quam parum autem in his rebus Tzetzes viderit, nihil attinet dicere; quam pronus vero in errorem fuerit, præſertim de ſcriptis ſub Orphei nomine, ipſe clarum documentum dedit in *Prolegom. ad Lycoph.* ubi, poſtquam Orphea inter Hymnorum ſcriptores memoravit, ſubjicit. γϱαφει γαϱ ὁ Οϱφευς, χωϱις των ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΚΩΝ, και ΕΠΩΔΙΚΩΝ, και ΜΑΓΙΚΩΝ, καὶ των ἑτεϱων, και ὑμνȣς εις Δια, και τȣς λοιπȣς, ȣτω· Ζευς πϱωτος γενετο. κ. τ. λ. Qui talem ſcriptorum farraginem, velut Orphei, amplexus fuerit, eum omni judicandi facultate caruiſſe manifeſtum eſt.

mortales intercluderet (8). Oratio autem, ſicut a Græciſmo vetere et ſincero in tantum deflectit, ut facile ſatis credamus eam ab homine Aſiano poſt tempora Conſtantii profectam fuiſſe, ita nitidior eſt, et luminibus poeticis magis diſtincta, quam ut ætati multo ſeriori imputari poſſit. Ex his igitur omnibus ſimul perpenſis; ex materia, et forma, et fatis, et conſilio, et ſtylo hujus poe-

(8) V. ver. 22—53, in quibus nihil fere invenias, quod non per ſcientias magicas & theurgicas fieri poſſe vulgo credebatur. Cum vero Chriſtianiſmus jam dominans, auxilio legum ſcientias has coerceret et tolleret, non certe incredibile eſt Poetam, religionis veteris cultorem, querela tali uſurum fuiſſe, ver. 67—81.

Ουδε τις οιδε θεοις οπιζεμεν αθαναλοισι·
Εκ δ' ὁιγε πτολιων τε και ανδρων ηλασαν εσθλην
(Α δειλοι) σοφιην, Εριενιον ὑβριζοντες. κ. τ. λ.

ΘΕΟΙΣ ſcilicet ΟΠΙΖΕΜΕΝ, vel ΘΕΟΥΣ ΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝ, Ethnicorum, ſecundum ipſos, proprium erat; Chriſtiani *ασεβεις, αθεοι*, audiebant. Sic Eunapius, *Vit. Maxim.* p. 89. de Juliano. *παντας μεν λανθανων ὁτι* ΘΕΡΑΠΕΥΕΙ ΘΕΟΥΣ. et p. 107. de Feſto. *ὁ δε παρηλθε μεν εις το των Νεμεσεων ἱερον· και τοι γε ουδεποτε φησας* ΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝ ΘΕΟΥΣ, *αλλ' ὡς εκολασεν ἁπαντας* ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ *ανηρηκως*. Hic autem Feſtus (ut id obiter moneam) Maximum capite truncari fecit, de quo ſupra n. (4). ΣΟΦΙΗ porro hic eadem eſt cum *Philoſophia* illa, ſuper quam Julianum ſic compellat Mamertinus in *Gratiarum actione*. c. XXIII. "*Tu PHILOSOPHIAM paulo ante ſuſpectam, ac nedum ſpoliatam honoribus, ſed ACCUSATAM AC REAM, non modo JUDICIIS LIBERASTI, ſed amictam purpura, auro gemmiſque redimitam, in regali ſolio collocaſti. Suſpicere jam in cælum licet, et ſecuris contemplari aſtra luminibus*, &c." Similia habet Libanius *de Vit. ſua.* p. 40, 41. et in *Epitaph. in Julian.* p. 291. Conſtantii enim lex, ſupra memorata, n. (3), Juliano imperante irrita jacuit; mox autem ſub Valente acerbius intendebatur. V. n. (6).

matis;

matis; mihi ſaltem veriſimile videtur, auctorem ejus neque ante Conſtantium, nec multo poſt Valentem, vixiſſe. Judicet Lector eruditus (9).

(9) Rem non omnino *απρεσδιονυσον* me facturum arbitror, ſi eidem judicio hic ſiſtam conjecturas nonnullas, quæ mihi inter ſcribendum ſubnatæ ſunt, de ætate alterius etiam poematis Græci anonymi, quod falſo, ut opinor, Manethoni tributum eſt.

Libri iſtius ſcriptorem *antiquitatem mentitum fuiſſe* olim conjecit Lucas Holſtenius, *ex ſtylo et numeris*, ut ipſe ait. *Præf. Gronov.* ad Manethonem. Hanc autem viri doctiſſimi ſuſpicionem non ſine irriſu reprobans Gronovius, Manethonem quendam Ægyptium, bona fide uſum, Apoteleſmatica hæc ſua regi Ptolemæo, et quidem Philadelpho, inſcripſiſſe ſtatuit. *Ibid.* nec quenquam ex recentioribus me vidiſſe memini, qui ſententiæ Gronovianæ adverſatus fuerit. Hic igitur nonnulla in medium proferam, quæ me impulerunt ut crederem, poema hoc, Manethonis nomen falſo præferens, ſub imperio Romano, et quidem ad occaſum properante, literis mandatum fuiſſe.

De *ſtylo et numeris*, ex quibus ſolis conjecturam ſuam duxiſſe videtur Holſtenius, nihil dicam, niſi quod certiſſimum eſt et hunc et illos a ſæculi Ptolemæorum conſuetudine quam longiſſime abhorrere. Ea potius breviter perſequar, quæ auctorem *rerum* multo recentiorum notitiam habuiſſe teſtantur.

In Lib. I. ver. 104.

Ηελιος δ' ʽΥΠΑΤΟΝ [ρεζει]. Gronovius reddit. Sol *principem* [facit]. Noluit ſcilicet hominem Ægyptium, ſub Ptolemæo Philadelpho, de magiſtratibus Romanis familiariter loqui. Mihi vero non liquet vocem ὑπατον, ſubſtantive poſitam, de alio quam *conſule* intelligi poſſe.

Lib. IV. ver. 66. de Venere dicitur.

Φραζει τοι βιοτην βαθυχρημονα, ΧΕΙΛΙΑΔΑΣ τε ΑΡΧΑΣ.——Reddit Gronovius. *Millenaria Imperia.* quæ qualia ſint prorſus neſcio. Proclive erat reddere. *tribunatus militum.* Nam qui Romanis *tribunus militum*, a Græcis Χιλιαρχος vocabatur. Imperium autem aliud ejuſdem nominis, aut militare aut civile, ſive apud Græcos ſive apud Ægyptios, extitiſſe nemo, opinor, tradidit. Niſi forte contendat ali-

quis

quis auctorem reſpexiſſe ad illum Perſarum et Macedonum Χιλιαρχον, de quo Diod. Sic. XVIII. 48.

Lib. IV. ver. 600.

Εξ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΙΗΣ βασιληϊδος ἡμισυ δȣλοι. Gronovius vertit—*ex liberta regia* ſemiſervi.—quaſi ſcriptum eſſet εξ απελευθερης. Sed απελευθεριη, opinor, verti debet—*libertinitas*, i. e. *ſtatus libertinus*. Notum eſt libertinos homines, in Romanorum politia, tenuiſſe ſtatum inter ingenuitatem et ſervitutem medium, ita ut etiam principum liberti ἡμισυ δȣλοι vocari poſſent. An talis hominum *ordo* in ulla alia politia extiterit, mihi nondum exploratum eſt.

Lib. II. ver. 263.

Αλλοι δ' αυτε πελονται ΑΠΑΓΓΕΛΕΕΣ βασιληων,
Πιστιν τ' αμφι δικαισι θεμιστοπολων ὑπ' ανακτων
Ισχȣσιν, κεινο σφετερῳ νοῳ ιθυνοντες.

Ex hac deſcriptione ſatis patet meros principum *nuntios*, vel *curſores*, non intelligi. Mihi igitur ſuſpicio eſt, auctorem loqui de iis hominibus, qui, ſub imperatoribus Romanis, Latine *Agentes in rebus*, Græce Αγγελιαφοροι vocabantur. V. Valeſii notam ad Am. Marcellin. L. XV. c. 3. Firmicus certe, qui ſub Conſtantino ſcripſit, cum *Procuratoribus* et *Rationalibus* conjungit eos *quibus nuntiandi poteſtas conceditur*. Matheſ. L. III. c. 4.

Lib. IV. ver. 561.

Εσται ΜΙΣΕΛΛΗΝ γενεθλη, τιμην τε θεοισιν
Συχνη νεμων. κ. τ. λ.

Manifeſtum eſt ſectam aliquam hic deſignari; aut Judæam, aut, ut ego quidem exiſtimo, Chriſtianam. Quibus aliis ſimul contigerit, ut exprobrarentur quaſi *Hellenas odiſſent & Deos contemnerent*, nuſquam video. Ex his autem alterum vulgatiſſimum fuiſſe Chriſtianorum opprobrium dixi ſupra. n. (8); de altero nunc obſervandum eſt, nomen *Hellenis*, poſtquam invaluit Chriſtianiſmus, non tam ſæpe *gentem* alicujus hominis quam *religionem* ejus deſignare. Omnes a Chriſtianiſmo alieni Ἑλληνες vocabantur. Luculentum exemplum eſt ap. Theophylact. Hiſt. V. 14. p. 232. Ed. Venet. ubi *Choſroes, rex Perſarum*, de uxore Sira et ſeipſo ſic loquitur. επειδη ἡ Σιρα Χριστιανη εστιν, κἀγω ἙΛΛΗΝ. Chriſtianos igitur iis temporibus μισελληνας, i. e. *ethnicorum*, ſeu *gentilium, oſores*, proprie appellatos fuiſſe nemo dubitet. Sed neque in reliqua deſcriptione aliquid inveniatur, quod non iiſdem ab

inimicis

inimicis ſuis ſæpius objectatum eſt. Quod ſi quis tamen hæc omnia a vero Manethone de Judæis Alexandrinis dicta intelligere malit, non omnino repugnem, modo ille oſtendat cætera etiam, quæ ſuperius notavi, ab eodem proficiſci potuiſſe.

Atque hæc hactenus de toto illo poemate quod Manethonis dicitur. Quibus adjiciam, me vehementer ſuſpicari libros duos, primum et quintum, qui ſoli Manethonis perſonam præferunt, ab alia et recentiore manu eſſe quam reliqui quâtuor ſunt. Hanc autem mihi ſuſpicionem inprimis movit ſcriptionis genus, ſi quid video, omnino diverſum. In quatuor enim illis libris, II, III, IV, & VI, oratio, pro ætate ſcriptoris, ſatis pura eſt, aliquando etiam nitida; verſificatio proba, contra receptas proſodiæ leges raro peccans, ita ut ipſa illa peccata librario vel interpolatori potius quam auctori imputanda videantur; ordo rerum, ut in partibus operis mutili, lucidus, et ab ipſo auctore plerumque explicatus. In duobus contra libris, I, & V, oratio plerumque pinguis et ſcabra eſt, non raro barbara; peccata in metrum frequentia, et enormia; ordo plane nullus. Quin etiam in libris I, & V, ſingulari ſane licentia, inter verſus heroicos elegiaci crebro inſeruntur; in reliquis quatuor libris ne unus quidem occurrit verſus elegiacus. Iſtorum porro librorum utrique præfigitur putida ad regem Ptolemæum, ex perſona Ægyptii cujuſdam, allocutio; in cæteris nulla uſquam Ptolemæi mentio, nihil quod auctorem Ægyptium fuiſſe ſuadeat. Plura denique Apoteleſmata, quæ in hac operis parte, ſuo loco, ſecundum certam ſeriem, poſita ſunt, in libro I, extra ordinem leguntur, iiſdem pene verſibus expreſſa. Confer lib. I. ver. 308—338 cum lib. IV. ver. 50-1. 395—413. 481—490. et agnoſces, opinor, hæc omnia ab eodem auctore in eodem opere poni non potuiſſe; agnoſces etiam, niſi fallor, libri I, auctorem plagii crimine manifeſto convinci.

POST-

POSTSCRIPTUM.

CUM præfationem hanc Typographo jam traditurus eſſem, in manus meas tandem venit exemplar Orphei Geſneriani, quod mihi legaverat vir amiciſſimus, et omnibus qui has literas colunt deſideratiſſimus, Samuel Musgrave. In ejus exemplaris marginibus reperi (omnino præter ſpem meam) complures τȣ μακαρίτȣ ad hoc poema conjecturas; de quibus ne plura dicam obſtat inprimis, quod cum meis tam crebro conſentiunt. Ex notula etiam ad ver. 292. didici (quod profecto me fugerat) Koenium, V. Cl. nonnulla noſtri loca tractaviſſe in commentario eruditiſſimo ad *Gregorium de Dialectis*. Hic igitur utriuſque, tam Koenii quam Musgravii, conjecturas ſimul ſubjiciam; mihi ipſi ſerio gratulaturus, ſi quantum de inventionis gloriola amiſiſſe videar, tantum roboris et firmitatis ſuſpicionibus meis ex conſpirante talium virorum judicio acceſſiſſe exiſtimetur.

P. 5.

P. 5. n. (3) Θειοδαμας quis fuerit, omnino incertum eſt. Loca enim, quæ Geſnerus tanquam ad eum pertinentia citat, non ad eum pertinent, ſed ad Helenum Priami filium. Apollodorus tamen Helenum inter Hecubæ filios recenſet; Auctor Λιθικων Abarbareæ natum vocat. Musg.

P. 6. Orpheus tempore Argonauticæ expeditionis, ipſo teſte, ætate aliquantulum provectus erat. Vid. Argonaut. v. 98—103. deinde autem. v. 107. Quamobrem non eſt credibile auctorem Λιθικων in eodem poemate, ubi belli Trojani finem memorat, ejus perſonam induere voluiſſe.

Hoc autem argumentum multo fortius erit, ſi Virgilio credimus, qui Orpheum juvenem periiſſe tradit.

———juvenem ſparſere per agros.

Æſchyli tempore non credebatur Orpheus Belli Trojani tempora ſuperaſſe, ut colligo ex Agamem. v. 1639. Musg.

Ver. 39. ΤΡΟΦΙΗΝ ʽΑΛ᾽. Musg.

62. ΠΡΕΣΒΥ ΔΑΗΜΟΣΥΝΗΣ. Musg.

70. Ωλετο δ᾽ ʽΘ προτεροις ΠΕΠΟΘΗΜΕΝΟΣ ἡμιθεοισιν·
ΕΡΓΟΥ δ᾽ ΑΡΓΑΛΕΟΥ και ΑΠΕΧΘΕΟΣ ΕΙΚΟΝΑ πασιν
Δωκεν, επωνυμιην ʽΟΙΣ ΔΗ τευξουσι μαγοιο. Musg.

73. κρατος ΑΜΕΡΘΕΙΣ. Musg.

77. φυγεΕΙΝ ΑΚεσιμβροτον. Musg.

78. θαυμαζοιτο. Musg.

84. διζημαι. Musg.

107. τειως. Musg.

148. ΑΠΟ θηρος. Musg.

149. ενιπληξας. Musg.

155. Ερχομ᾽ ες ακρωρειαν. Musg. et Koen. p. 73.

176. ΕΚ φλογας. Musg.

182. παλαιγενεες. V. Plutarch. in Numa. p. 120. Ed. Steph. Musg.

209. εν διναις κυανοχαιτεων. Musg.

266. Και ὁι καρφαλεας νεφελαι κορεσουσιν αρουρας.
Ηδε και αυχμηρησιν αγοις π. ο. α. Koen. p. 35.

282. δακρυοισι. Musg.

Ver.

Ver. 292. Ειδος δε σφι λιθων ΑΛΛΩΝ· Ὁ μεν ΕΙΓΕ νοησεις,
Κρυσταλλος ΚΕΝ ΕΗΝ·—Koen. p. 100.
297. ——ΡΕΖΕΙΝ ερικυδεΑΣ αυτικα φωΤΑΣ. Musg.
301. Τολμα δ' αθανατους και ενηεϊ μειλισσεσθαι
ΜΑΓΝΗΣΣΑΙ· ΤΗΝΔ' εξοχ' ΕΦΙΛΑΤΟ θουριος Αρης. Musg.
Infinitivum μειλισσεσθαι a τολμα pendere vidit Koenius. p. 109.
304. αγανοφρονα. Musg.
306.——ποτι σφετερον δεμας ΑΙΡΕΙ. Musg.
347. πιθοιτο. Musg.
350. Πριαμιδης ΠΑΡΙΣ. KOEN. p. 125.
362. Και ΣΕΜΝΟΥΣΘ' αδιαντον. Musg.
365. ὡς ΛΙΠΑΡΟΙΣΙΝ α. Musg.
375. τετληωτι. V. Argonaut. 437 et 1347. Musg.
385. Ἑρπετα γαρ δη παμπαν ὑποτρομεοντι ΕΟΙΚΑΣ. Musg.
388. Πριαμιδαο. Musg. et Koen. p. 124.
389. οιχεσθαι, vel ερχεσθαι. Musg.
408. χαρτος. Musg.
439. ερυξαι, vel ερυκειν. Musg.
445. Τον μεν ΕΤΙ ΛΥΣΣΩΝΘ' ἙΝΟΣ ου λαθεν.—
vel, pro ετι λυσσωνθ', ετ' οιμωζονθ'—
vel ετ' οιδαινονθ'—vel ετ' ωμ' αλγουνθ'—
vel, ſi in activo legatur, ετ' ιλυσπωνθ'. Musg.
480. αναϊσσοντα. Musg.
499. οπλον. Musg.
503. Σευομενη. Musg.
510. τετυκται. Musg.
536. Γοργονα γαρ ΠΕΡΣΗΙ δρ. Musg.
541. Αιση ΛΑΙΝΕΗΙ. Musg.
560. σφισιν. Musg.
561. αυραι. Musg.
596. ΠΥΡΙ σμυχουσα. Musg.
613. λεοντοδερην. Musg.
619. δυνησεαι. Musg.
624. ΕΙ ΖΕΥΣ ου ΤΟΙΟΝΓΕ βιωσειμεν ΑΡΗΣΟΙΤΟ.
vel, contrario ſenſu, αρνησοιτο.
vel Οιζυς τ'. Musg.

Ver.

Ver. 625. ——ὅτε κεν αυτῳ. MUSG.

632. Ουτος. MUSG.

636. Ου μεν τοι ΠΑΝ τονδε Γ'ΕΣ ἑρπ. MUSG.

693. σπενδοντας. MUSG.

701. αρυονται. MUSG.

709. αψευστοιο. MUSG.

712. Εν δε μεθυ. MUSG.

756. ——εμοι Π.

ΕΣΠΟΜΕΝΟΣ ταδε παντα Μ' αμηχανα. MUSG.

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ.

DE LAPIDIBUS,

Poema Orpheo a quibuſdam adſcriptum.

ΕΙΣ ΤΟ ΕΞΗΣ ΠΟΙΗΜΑ ΟΡΦΕΩΣ

Π Ε Ρ Ι (1) Λ Ι Θ Ω Ν

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΟΣΧΟΥ. (2)

ΘΕΙΟΔΑΜΑΝΤΙ τῳ Πριαμου συνηντησεν Ορφευς μετα των ἑταιρων τινων προς θυσιαν Ἡλιου, ἡν ετελει κατ᾽ ετος, εις ορος ανερχομενος· και αυτῳ της νενομισμενης

(1) Λιθικων nomine laudant paſſim Proclus, Stobæus, Tzetzes. Gemmas porro, Θυμιαματα et αρωματα ſacrificiis adhibita, fuiſſe partem myſteriorum, indicavimus ad Arg. 310: itaque non mirum eſt libellum hunc delituiſſe ad ea fere tempora, quibus myſteria, a Chriſtianis detecta et vulgata, myſteria eſſe deſierunt. Etiam hoc in limine libelli obſervâſſe profuerit, ut ſolis, lunæque admirabiles effectus et phænomena dederunt occaſionem ſuſpicandi credendique deinde ſimilia de cæteris corporibus cæleſtibus: ſic magnetis, cryſtalli, forte et electri, qualitates, facilitatem certe præbuerunt perſuadendi imperitis illarum quædam miracula. Gesner. Velim indicâſſet Geſnerus loca Procli, in quibus hoc poema laudatur. Ne unum quidem notatum invenio, in *Indice ſcriptorum a Proclo memoratorum*, ap. Fabricium. Bibl. Gr. VIII. p. 535—552. Et Proclus ipſe non niſi quinto poſt C. N. ſæculo vixit. Ejuſdem fere ætatis Stobæus, uti hodie legitur, procœmium hujus operis ſub Orphei nomine ter laudat; ſed omnia ea loca in editione primâ Trincavelli omnino deſunt; nec reperiuntur in Cod. MS. Stobæi ap. Coll. Nov. Oxon. ut me nuper certiorem fecit amicus, qui rogatu meo codicem ipſum excuſſit; adeo ut vix dubitem ea primitus a *Conrado Geſnero* interpolata fuiſſe, qui peſſimo, ut mihi videtur, conſilio *corollaria quædam ex Græcis libris collecta, tum carmine tum proſa,* Stobæo

IN SEQUENS POEMA ORPHEI
DE LAPIDIBUS
ARGUMENTUM DEMETRII MOSCHI.

THEODAMANTI, Priami filio, obviam venit Orpheus, cum familiaribus aliquibus ad ſacrificium, quod ſingulis annis Soli peragebat, in montem adſcendens, eique inſtituti annui

Stobæo a ſe edito *paſſim adjunxit.* V. Præf. ad Edit. 3. ap. Tig. 1559. Solum igitur in hâc materiâ teſtem habemus Joannem Tzetzen, qui, ſæculo demum duodecimo, poema hoc ſub titulo *Orphei* Λιθικων ſæpius citavit; cujus quidem auctoritas in re tali quantum valeat facile judicabunt homines eruditi.

(2) Quisquis fuerit hic Demetrius Moſchus vel Moſchi, Grammaticus, hæc, quam dedit, libelli ὑποθεσις ſ. argumentum utile ſubſidium eſt intelligendæ illius œconomiæ. Lectores novi hic monendi ſunt, ut meminerint, Theodamantem enarrare Orpheo virtutes gemmarum tum ceteras, tum præſertim contra noxam ſerpentum, ut ſubinde reſpiciat ad caſum et periculum Orphei juvenis a ſerpente, quem hac ipſa remediorum commemoratione confirmare contra metum horum animalium vellet.

Cæterum ipſum argumentum de gemmis, earum nominibus, coloribus, patriis, uſu, plane non attingimus, ne quidem quatenus a Theophraſto, Plinio et reliquis hoc argumentum tractatum Philologiæ opem expertum eſt, et forte adhuc deſiderat. Ut Poetam tractamus ſcriptorem, ſicut nobis videtur, in hoc argumento vel maxime poetam, et noſtros juvenes ad poeticæ præſertim deſcriptionis, et velut picturæ, laudem excitare et juvare conamur.

μισμενης ταυτης ετησιου θυσιας την αιτιαν αφηγειται, λεγων ὑπο δρακοντος αυτον παιδα οντα ποτε αναιρεθηναι κινδυνευοντα, καταφυγειν εις το εκει που πλησιον ἱερον του Ἡλιου. Ὑφ' ου και σωθεντα ὡς ὁ πατηρ περιεποιησατο, της του παιδος σωτηριας κατ' ετος ηγεν Ἡλιω θυματα. Μεταςαντος δε εκεινου των εντευθεν, αυτος Ορφευς αντι του πατρος της τοιαυτης θυσιας καθιςαται διαδοχος· ἡν νυν αφοσιουμενος ανεισι, συμπαραλαβων και Θειοδαμαντα. οὗτος δε καθ' ὁδον τω ποιητη περι δυναμεως τε λιθων και χρησεως διεξερχεται, οἵτινες αυτων χρησιμοι προς των θυοντων κρατουμενοι, ὁπως αυτοις τα των ευχων εξανυοιτο, και οἱ προς τας ιοβολους των δηξεων θεραπειας. Ὁθεν, οιμαι, και Νικανδρος ὁ Κολοφωνιος ὑςερον ὁρμηθεις συνεγραψε τα θηριακα.

Ιστεον

Sed et hoc poeticum eſt in hoc libello, quod arte quadam intexitur multum de hiſtoria, nominatim pluſcula de familia Laomedontis, et regum Troiæ, diſſentientia ex aliqua parte ab Homero. Ea ne turbare lectores poſſint, in tabella genealogica et ſubjectis illi annotationibus rem declaravi, ad quam reſpicere jubeo, ſi quis in perſonis illis hæreat.

LAOMEDON

HICETAON	LAMPUS	BUCOLION	PRIAMUS	HESIONE
MELANIPPUS (1)	DOLON	EUPHORBUS (2)		ex Telamone Ajacis mater

HECTOR	CASSANDRA	PARIS	THEIODAMAS (3)	HELENUS

(1) Melanippus ver. 431, ἀνεψιος Theodamantis: Hectoris et Dolonis Iλ. O, 554. Add. Οδ. O, 576. Priamo filium dat Melanippum Apollod. 3. 11. 5. GESNER. Error Geſneri, quod ad Theodamantem attinet, infra monſtrabitur ad n. 3. Quinetiam nomen *Dolonis* hic,

vitio

annui ſacrificii cauſſam explicat, dicens: ſibi, cum adhuc puer eſſet, maximum aliquando periculum imminuiſſe a dracone quodam, et parum abfuiſſe quin ab eo interfectus fuerit; ſe autem confugiſſe ad haud longe inde diſtantem aram Solis. Cujus ope, cum liberatum ſe pater intellexiſſet, ſingulis annis ob filium ſervatum Soli ſacra ad illam aram fecit. Cum autem pater ejus ex hac vita migraſſet, ipſe Orpheus patri in peragendo hoc ſacro ſuccedit: quod et nunc ſoluturus, in montem aſcendit, abducens ſecum Theodamantem. Hic vero in itinere de viribus lapidum eorumque uſu ſermonem facit, quorum quidam ſacra facientibus, ſi illos ſecum habeant, hoc conferunt, ut votis fruantur, quidam vero contra venenatos morſus medelam afferunt. Unde, arbitror, etiam Nicander Colophonius motus, poſtea Theriaca compoſuit.

vitio memoriæ, pro *Dolopis* poſitum ſuſpicor. V. loc. cit. Il. O. 554. 576. (Citatio Oδ. O. 576. facta eſt, opinor, per errorem typographi.) Quod ſi verum eſt, cum neque *Lampus* nec *Dolops* in hoc poemate uſquam memoretur, utriuſque nomen ex tabellâ genealogicâ recidi poteſt.

(2) Euphorbus (quem Homerus ſemper Panthoi et Phrontidis facit filium) Βουκολιδης noſtro eſt, ver. 457. Tzetz. 13, 574.

Ευφορβος ὡραιοτατος ην τις του Τρωων γενους,

Υἱος Πανθου και Φροντιδος, ὡς Ὁμηρος μοι λεγει (Ιλ. P. 40.)

Ορφευς δε (λεγει) Βουκολιωνος, και της Αβαρβαρεης. De eadem re idem 1. 228. Ορφευς δ' Αβαρβαρεην δε και Βουκολιδην λεγει. Abarbarea igitur aut duarum mulierum nomen, aut una eademque Euphorbi et Theodamantis mater etc. Ruſus Ιλ. Z. 21 de Æſepo et Pedaſo, οὓς ποτε νυμφη

Νηις Αβαρβαρεη τεκ' αμυμονι Βουκολιωνι.

Βουκολιων δ' ην υἱος αγαυου Λαομεδοντος. κ. τ. λ. GESNER. V. infra not. ad ver. 455.

Ibid. In his neſcio quomodo lapſus eſt Geſnerus; nam Salmaſium conjeciſſe κεραοχροον nuſquam video; et Dionyſius, l. c. Iaſpidem περοεσσαν vocat; eoque ipſo loco Salmaſius conjecturam ſuam αεροχροον firmat. Ego ſane an prima in αεροχροος corripi poſſit dubito; et præterea nulla mutatione opus eſſe cenſeo, cum virides Iaſpides ſcriptores de Gemmis paſſim agnoſcant.

Ἱερα ῥεζοι τις, μακαρων ιαινεται ητορ,
Και οἱ καρφαλεας νεφελαις κορεσωσιν αρȣρας,
Ηδε και αυχμηρῃσιν αγοι πολυν ομβρον αρȣραις,
Αυχμης δ' εκ πεδιȣ ῥοθιων αποεργε χαλαζαν
Ἡμετερȣ, και κηρας, ὁσαι στιχοωσιν επ' αγρȣς.
Και σε γαρ αθανατων φιλεει νοος· εκ δ' αρα βωμων,
Ηΰτε περ Κρυσταλλος, ανευ πυρος εκ φλογα πεμπεις.
Εν δε σοι αντιπαλον κειται μενος. ὁπποτε δη πυρ
Νηδυν αμφιεσῃ, ενι δε πλειοιο λεβητος,
Ψυχρον επειγομενοιο προσμιμνει ενδοθεν ὑδωρ·
Ει δε τις εν ψυχρῃσι λιποι κονιῃσι λεβητα,
Παφλαζει κρατεροιο κυκωμενȣ ενδοθι χαλκȣ.

ΕΣΘΛΟΙ δ' αυτ' επι τοισι και ὑαλοειδεες ειναι
Κλειονται θνητοισι θυηπολιῃσι Τοπαζοι.

Ver. 267. Deleri vult hunc verſiculum, ut inertem ac ταυτολογον Ruhnck. Epiſt. 1. p. 28. Sed multum negotii ſibi faceſſierit, qui ταυτολογιας hoc genus ex antiquiſſimis quibuſque Romanis, Græcis, Orientalibus expungere velit. Deinde illud κορεσωσι v. 3 ad Deos refertur, αγοι v. 4 ad Iaſpidem. Gesner.

Ruhnckenianæ criſi perfunctorie ſatis reſpondet Geſnerus. Neque vero is ſum, qui verſus inertes et ταυτολογȣς, quaſi ſpurios et inſititios, facile nimis expungere velim. In hoc loco, confuſa orationis ſeries, & ſimiles terminationes verſuum 266 et 267, faciunt ut ſuſpicer inter duos illos verſus nonnullos intercidiſſe, in quibus de alio quodam lapide narratio incepta ſit. Poteſtates certe quæ inferius memorantur a nullo, quod ſciam, ſcriptore *Jaſpidi* tribuuntur, earum autem principes *Hephæſtitæ* a Plinio, N. H. xxxvii. 60 & Marbodeo, cap. xxxii.

Ver. 268. Non dubito, quin dederit poeta Αυχμας δ' εκ πεδιȣ, ῥοθιον τ' αποεργε χαλαζαν. Poeta, ut ſolet, convertit ſe ad gemmam ipſam: Χαβαζα, nihili nomen, feſtinatione tantum prætervisum et relictum in Stephaniana. Unde χαλαζαν acceperit Eſchenbachius, non dixerim.

ΦΗΜΙ

Rem ſacram facturus, Deorum exhilaratur cor,
Et hi ſicca arva nubibus ſatiabunt.
Et inducet aridæ multum imbrem terræ.
Tu vero ſiccitatem et ruentem impetu grandinem ab agro arce
Noſtro, et peſtium quæcunque invadunt agros.
Nam te immortalium diligit animus, atque in aris
Haud ſecus ac cryſtallus, ſine igne, flammam emittis.
Inque te contraria vis latet, ac quando ignis
Ventrem cingit ecce pleni lebetis,
Frigida aqua intus manet, licet urgeatur igne.
Si quis vero vel in frigidis cineribus relinquat lebetem,
Bullit robuſto æſtuante intus aheno.

BONI etiam ad eadem hæc hyalini coloris eſſe
Dicuntur mortalibus ſacra facientibus Topazi.

Sed quid ſibi vult interpretatio hujus verſus ab illo data vel retenta: *Tu vero et ſiccitatis et pluvioſarum grandinum ex agro averrunces Noſtro* etc. GESNER.

Ibid. Ροθιον κυριως το κυμα. Schol. MS. Paris.

Ver. 270. Vid. ver. 176. GESNER.

Ver. 273. Quid ſibi velit hic ενι δε, nemo temere dixerit. Sine fraude fuerit, nulla mutata litera dediſſe ενιδε, *ecce!* Quinque locis ab Æmilio Porto in Lexico Dorico adductis ηνιδε nihil aliud videtur eſſe quam Imperativus verbi ενειδω. Decepit Portum, quod ηνι etiam ſolum, forte apocopatum, eſt *ecce.* GESNER.

Ibid. Commentum hoc pauci, opinor, probabunt. Simplicius eſt ενιπλειοιο conjunctim accipere (ut ſupra ver. 190. ενιπλεον), et δε interpoſitum quaſi δη reddere: *et quidem pleni lebetis.*

Ver. 274. Neſcio ex quâ *metricorum diſciplinâ* verſum hunc *ſanabilem* exiſtimaverit Geſnerus. Proclive erat reponere επειγομενον. Sed ut tam ſenſui quam metro medela afferatur, legendum eſt, opinor,

Ψυχρον επειγομενοιο πυρος μενει ενδοθεν ὑδωρ.

Ver. 277. Vulgo præfigitur titulus, VIII. ΤΟΠΑΖΟΣ.

ΦΗΜΙ δε τοι τερπειν και Οπαλλιον ϐραινιωνας
Αγλαον, ἱμερτϐ τερενα χροα παιδος εχοντα·
Και ἑ και οφθαλμοισιν αοσσητηρα τετυχθαι.
Και πιτυος δακρυσι λιθϐμενον Οψιανοιο,
Και σμυρνην μισγειν ευωδεα, και φολιδεσσιν
Αργυφεσι [illegible]ωτον αποστιλβοντα κελευω.
[illegible] γαρ δαεισι θεοπροπιας αγαθων τε
Εσσομενων λυγρων τε· και εισεαι ἁσσ' εθελησθα·
Και νευρων αλεγεινα παθη Λεπιδωτος αμυνει.
Δοιω δ' ηελιε χρυσοτριχε λαε πελονται,
Αμφω θεσπεσιω· θαμβος δε τοι εσσετ' ιδοντι.
Αμφοτεροις ακτινες ετητυμοι εμπεφυασιν,
Ορθαι, λαμπετοωσαι· ιδειν γε μεν οἱον εθειραι.
Ειδος δε σφι λιθων αλλο. το μεν τε νοησεις

Ver. 279. Vulgo præfigitur titulus, IX. ΟΠΑΛΛΙΟΣ.

Ibid. Non de ſolo Opallio hic agi, ſed alias quoque laudari gemmas, apparet. Eadem ratio eſt, ver. 333. GESNER.

Ver. 280. Plin. 37, 5 ſ. 22 *Pæderota propter eximiam gratiam vocarunt plerique Opalum.* GESNER.

Ver 282. Πιτυος δακρυσι λιθϐμενον intelligam ſuccinum, et porro οψιανον illam ſ. lapidem ſ. gemmam, de qua eſt locus Arria. Periplo Maris Erythr. mox ab initio p. 3 Geogr. Hudſ. de inſulis Æthiopiæ, et alius ex auctore inedito de lapidibus, quem citat Salmaſ. ad Soli. p. 64, a F. Οψιανος λιθος—ὁς και πισσα καλειται δια το προστριβομενον αυτον οσμην φορειν πισσης. Uterque ſcriptor ex arenis profundis ait erui. Igitur non emendandus eſt locus, quod placuit Cl. Bernardo ad Thomam M. p. 198, b, ſed interpretandus ut oſtendi. GESNER.

Ibid. Λιθϐ μενος ὑψικομοιο placebat Bernardo; ex quibus λιθϐ μενος omnino amplectendum judico; ὑψικομοιο non item. Quinetiam pro δακρυσι ſcribendum arbitror δακρυεσσι vel δακρυοισι, cum ſecundam in δακρυσι produci poſſe vix credam.

DICO vero tibi, delectare etiam Opallium cœleſtes,
Splendidum, amabilis pueri teneram cutem habentem.
Illumque et oculorum medicum eſſe,
Et pini lacrimis lapideſcentem Opſiani gemmam,
Et myrrham bene olentem miſceri, et ſquamis
Albicantibus reſplendeſcentem Lepidoton jubeo.
Statim vero dabunt oracula bonorumque
Futurorum et malorum, et ſcies quæ deſideras.
Etiam nervorum moleſtos dolores Lepidotus arcet.
Duæ vero Solis auricomæ gemmæ ſunt,
Ambæ divinæ, ſtupebis vero quando eas videris.
Ambabus veri radii inſiti ſunt
Recti, ſplendentes, qui velut comæ apparent:
Species vero lapidum diverſa. Hunc quidem diceres

Ver. 284. Plin. 37, 5 S. 62 *Squamas* piſcium varias coloribus imitatur. Gesner.

Ver. 286. Quid ſit ασσε θελησθα non temere quis dixerit. Ἀσσ᾽ (ἄσσα) εθελησθα eſt Ιλ. Α, 554. Gesner.

Ibid. ἄσσ᾽ εθελησθα in textu repoſui.

Ver. 292. Ειδος δε σφι λιθων αλλο. F. λιθων ες᾽ α. Gesner. Et ſic quidem metrum ſalvum eſt. De ſenſu et ſyntaxi nimis ſecurus fuiſſe videtur vir doctiſſimus. Quale enim eſt illud το μεν—ὁ δε; et quid eſt Κρυςαλλος κενεη, *Cryſtallus cava*, quam vocant? Totus locus, niſi multum fallor, ad hanc normam propemodum refingendus eſt.

Ειδος δε σφι λιθων αλλων· τον μεν τε νοητεις
Κρυςαλλον γενεην· ὁ δε χρυσολιθῳ δεμας αυτην
Εικελος εισιδεειν.

Species autem eſt illis lapidum aliorum: hunc quidem ſenties eſſe *Cryſtallum* ſecundum *genus; ille autem Chryſolitho* ſecundum *corpus, ſi contra aſpicias, ſimilis* eſt.

Cryſtallum

Κρυσταλλον κενεην· ὁ δε χρυσολιθω δεμας αυτην
Εικελος εισιδεειν· ει δ' ȣκ εχεν ȣδ' ὁγ' εθειρας,
Χρυσολιθος κεν εην· αταρ εσθλω φημι τετυχθαι.
Εν γαρ σφιν μεγα δη τι φερεσϐιος εμϐαλε πνευμα
Ηλιος ῥοιζον ερικυδεος αυτικα φωτος,
Σεμνοτερȣς τ' ιδεειν· και τοι σεϐας εσσεται αυτων.
Αιψα γαρ ἡρωων σφιν επερχεται ειδος αγαυον,
Οἱτε θεȣ μεγα δωρον επισταμενως φορεȣσι·
Τολμα δ' αθανατȣς και ἐνηεϊ μειλισσεσθαι.

ΜΑΓΝΗΤΙΝ δ' εξοχ' εφιλησεν θȣριος Αρης·

Ver. 296 Sermo eſt de gemmis ſuccini ſimilitudinem habentibus: quid ſi radios et ſtridorem electricum intelligit? Illam exaggerationem poetæ facilius ignoſcet, qui quorundam virorum doctorum enthuſiaſmos in electricis Phaenomenis enarrandis non ignoraverit. Quid quidem ῥοιζος φωτος ver. 297. queat ſignificare aliud, non video. Et quod ver. 288. *Solis gemmas* dicit. quod electro proprium, cujus ipſum nomen ab Sole derivatum (v. Plin. 37, 2) fabulam a Phaëthonte duci, notum eſt. Si h. l. conſideraſſem, cum ſcriberem prælectionem de electro in Comm. Soc. Gott. T. 3. majori de ſono illo electrico cum fiducia dicturus eram, et de ipſis ſcintillis, radiis, capillamentis electricis, nec meram halucinationem adpellaſſem. p 112. GESNER.

Ibid. Unde collegerit Geſnerus *ſermonem eſſe de gemmis ſuccini ſimilitudinem habentibus* plane neſcio. Sed neque patet de quibus gemmis ſermo eſt. *De ſtridore electrico* ne ſomniâſſe quidem poetam noſtrum quovis pignore contenderem. Phraſin illam, ῥοιζος φωτος, quæ huic commento anſam præbuit, omnino adulterinam judico. Totum denique locum ſic conſtituendum et interpretandum eſſe ſuſpicor.

Εν γαρ σφιν μεγα δη τι φερεσϐιος εμϐαλε πνευμα
Ηλιος, ρεζον ερικυδεας αυτικα φωτας,
Σεμνοτερȣς τ' ιδεειν· και τοι σεϐας εσσεται αυτων.

Illis enim magnum quendam ſpiritum indidit vitæ auctor Sol, reddentem homines ſtatim valde-honoratos et auguſtiores viſu; et tibi reverentia erit eorum.

Οὑνεκεν,

Cryſtallum cavam, ille vero Chryſolithi ſpeciem
Refert. Et niſi etiam hic haberet crines,
Chryſolithus erat. Ambos vero bonos eſſe dico;
Illis enim magnum ſpiritum indidit vitæ auctor
Sol, et ſtridorem ſplendidæ lucis
Et formæ majeſtatem, licet ex ſe venerabiles ſint.
Celeriter enim heroum ſpecies veneranda illis accedit.
Et hi Dei magnum munus ſcienter ferunt.
Pariter et Audacia et Placiditate Deos conciliare ſibi verum eſt.

MAGNETEM vero maxime amat bellicoſus Mars:
Quoniam,

Ver. 299. De ſcalptura facili harum gemmarum intelligo. Videmus hodieque plena beatiorum Muſea talibus artificiis. De ſtatua ex electro Auguſto poſita Olympiæ, Pauſa. Eliac. pr. ſ. 5, 12. vid. prael. cit. p. 112. GESNER.

Ibid. Qui in ſuperioribus mecum ſentiunt, notâ hâc facile carere poſſunt. Tantum moneo in verſu ſequente Ὁι τε reddi debere *Qui* non *Et hi*.

Ver. 301. Quid ſibi hic verſus h. l. velit, non expeditum eſt docere. Breve et interpreti commodum, accuſare corruptionis, abſurditatis, ſuppoſitionis, quæ non aſſequare. Sed interdum tamen et δυσκολα τα καλα. Videamus, an non το ενηες ſit idem quod ενηεια Ιλ. P. 670, ubi parvus Schol. exponit πρᾳοτητα. Deinde infinitum μειλισσεσθαι imperativo modo accipiam, et totum locum ita explicem, Audendo pariter ac concedendo, fiducia atque obſequio DI æque placantur: ut non modo gemmæ duræ et ſaxa imagines Deorum et heroum recipiunt, ſed etiam, et facilius quidem, molles. GESNER.

Ver. 301-2. Fruſtra in verſu primo explicando laborat Geſnerus, fruſtra etiam in altero emendando H. Stephanus, cum non viderint duos verſus inter ſe connexos eſſe. Et hoc quidem certiſſimum duco. In verſu poſteriore, pro variis Magnetis nominibus variæ ſeſe offerunt emendandi viæ. Mihi hæc ſatis tuta videtur.

Τολμα δ' αθανατες και ενηεϊ μειλισσεσθαι
Μαγνησᾳ· τηνδ' εξοχ' εφιλατο θȣριος Αρης,—

Aude

Οὕνεκεν, ὅπποτε κεν πελασοι πολιοιο σιδηρε,
Ηΰτε παρθενικη γλαφυρονι χερσιν ἑλεσα
Ηϊθεον στερνῳ προσπτυσσεται ἱμεροεντι,
Ὡς ἥ γ᾽ ἁρπαζεσα ποτι σφετεραν δεμας αιει,
Και παλιν εκ εθελει μεθεμεν πολεμιστα σιδηρον.
Η τοι μεν μιν φασι και Ηελιοιο πελεσθαι
Αμφιπολον κερης, ὅτε κεν θελγητρα παλυνοι·
Και μιν ὑπερθυμως γε τεκεκτονος Αιηταο
Κυδηνεν κερη πολυμηχανος. αὐταρ εγωγε
Σης αλοχε κελομαι σε δαημεναι, ει ἑθεν ἁγνον
Αιδ.ος απ᾽ αλλοτριοιο λεχος και δωμα φυλασσοι.
Ες γαρ μιν κομισας ὑπο δεμνια, καλθεο λαθρη,
Χειλεσιν αειδων θελξιμβροτον ατρεμας ᾠδην·
Ἡ δε καλακνωσσεσα και ἡδεϊ περ μαλ᾽ εν ὕπνῳ,
Αμφι σε χειρ᾽ ορεγεσα ποτιπτυσσειν μενεαινει.
Ει δε ἑ μαχλοσυνησιν ελαυνει δι᾽ Αφροδιτη,
Ὑψοθεν ες γαιαν τετανυσσεται εκπροπεσεσα.
Και δοιω Μαγνησαν αδελφειω φορεοντων,

Aude etiam Deos placare leni (i. e. lenitatem conciliante) *Magnete. Hunc autem maxime amat impetuoſus Mars.*—

Poſſumus ſcribere Μαγνητῃ· τονδ᾽, vel etiam Μαγνητι· τονδ᾽. ſed prætuli Μαγνησα, quia eâdem voce noſter infra utitur, ver. 320. Tzetzes etiam, a Geſnero citatus, lapidem hunc appellat Μαγνησσαν, quæ forte verior eſt ſcribendi ratio.

Ver. 302. Vulgo præfigitur titulus, X. ΜΑΓΝΗΤΙΣ.

Ibid. Citans h. l. Tzetzes 4, 403, Ὥσπερ (Μαγνητιδος) εν λιθικοις εγραψε τας δυναμεις. Gesner.

Ibid. Μαγνητις] Non ſtat hic verſus; ſtaret autem ita legendo, εξοχα μαγνητιν φιλησεν θερειος αρης. Neque tamen affirmare auſim ita ſcriptum a poeta fuiſſe. H. Steph.

Θυμον

Quoniam, ſi quando appropinquaverit cano ferro,
Haud ſecus ac virgo ulnis amplectens, lacteo
Juvenem pectori apprimit cupido,
Ita hic lapis rapit ad ſuum corpus ſemper,
Et nunquam rurſus dimittere vult, bellicoſum ferrum,
Hunc quidem ferunt fuiſſe Solis
Filiæ famulum, cum demulcentia medicamina miſceret,
Atque illum magnanimi Aeëtæ gnata interfectrix liberorum
In deliciis habuit puella audax. Aſt ego [ſuorum
Conjugem tuam jubeo te explorare, an caſtum
Ab alieno viro lectum et domum ſervet:
Hunc enim lapidem ferens tecum ſub ſtragulis clam depone,
Cantillans intra labia demulcentem homines cantilenam.
Illa vero ſuavi licet ſomno ſtertens
Circa te manus extendens, amplecti conabitur.
Quod ſi vero illam incontinentiis urget diva Venus,
Ex alto in terram exporrecta decidet.
Tum etiam duo magnetem fratres ſecum ferant

Ver. 304. An prima in γλαγοφρονι produci poſſit, dubito. Eundem ſenſum daret γλαγεροφρονι.

Ver. 307. Hanc formam accuſativi in α ſimilibus exemplis probavit Caſaub. Lectt. Theocritt. c. 10. vid. Argon. 1248. Gesner.

Ver. 310. Τεκεκτονος, ἡ τα τεκνα φονευσασα τα ἑαυτης. Schol. MS. Paris.

Ibid. Conjecturam Geſneri in textum recepi pro vulgato ὑπερθυμος.

Ver. 313. Elegans ſine dubio conjectura Pierſoni Veriſ. p. 147. Sed illa optime σωμα cuſtodiet mulier, quæ cupidos juvenes, ne in δωμα quidem admittit. Gesner.

Iram

Θυμον απειρεσιης φυγεειν εριδος ποθεοντε.
Και λαους αγορηνδε συναγρομενους οπι καλη
Θελξεις, εν στηθεσσιν αγων μελιηδεα πειθω.
Και τοι πολλα κεν αλλα δυνησομενος καταλεξαι
Θεσκελα τοιο λιθοιο, τι πλεον ουρανιωνων
Φθεγγομαι, ὡν αιψα και ὑψοθι περ μαλ᾽ εοντων
Ητορ επιγναμπτει και εφελκεται, οφρα κε σειο
Ωκα μαλ᾽, ὡστε τοκηες, εελδωρ εκτελεσωσι.
Αλλ᾽ ητοι ταδε μεν και επαυτικα πειρηθηναι
Παντα μαλ᾽, ὁσσ᾽ αγορευσα, παρεσσεται, ει κ᾽ επι βωμον
Ελθωμεν· και γαρ μοι επισπομενος μοι ὁγ᾽ ανηρ
Ωμοισι κραταροισιν ιων φεροι αιολον ὑλην.
Νυν δ᾽ επει ατραπιτοιο πολυ πλεον αμμι λελειπται,
Σειο δε τοι κλονεει κραδιην μεγα δεργμα δρακοντος,
Μανθανε και δολιχων οφεων μη δειεμεν ιους.

Τριψαι

Ver. 325. Θεσκελα] Poſt θεσκελα non debuit poni interpunctio. Quum autem imperfectus ſit hic verſus, nihil ad illum explendum commodius reperio quam ſi poſt τι addamus και, ut ſit τι και πλεον. ſed non placet φθεγγομαι, idque in futurum φθεγξομαι mutandum eſſe crediderim. Hic enim eſt (ni fallor) totius hujus loci ſenſus, *Et quum alia multa lapidis hujus miracula recenſere tibi poſſim, quid ultra cœleſtes progrediar? quorum licet altiſſimas ſedes incolentium, hic lapis mentem flectit et allicit, ita ut primo quoque tempore deſiderio tuo ſatisfaciant, non ſecus ac ſi parentes tui eſſent.* Sed illa verba τι και πλεον ουρανιωνων φθεγξομαι, fateor me ad verbum non vertere, quod, quum ad verbum ſonent, *Quid amplius vel ulterius cœleſtibus dicam*, hoc tamen ſignificent, *Si commemoravero, quanta ſit ejus apud ipſos etiam deos autoritas*, (vel *quantum ejus erga deos robur)* addendum ne quicquam fuerit? H. Steph.

Ibid. Rectius fortaſſe Geſnerus. τιν πλεον. In verſu ſequente malim φθεγγωμαι.

Ver. 331. Ελθωμεν] Pronominis μοι geminatio in hoc verſu orta eſt

ex

Iram immenſæ contentionis effugere cupientes.
Atque etiam populum ad forum congregatum pulchra oratione
Demulcebis, in pectore verſans mellitam ſuadam.
Et licet tibi alia multa poſſim recenſere
Miracula hujus lapidis, quid ultra cœleſtes
Dicam? quorum celeriter, li et altiſſimas ſedes incolentium,
Mentem flectit et allicit, ita ut tuo
Quam primum, ac ſi parentes tui eſſent, deſiderio ſatisfaciant.
At certe horum quidem ſtatim periculum facere
Omnium, quæ dixi, poterimus, ſi ad aram
Pervenerimus. Etenim vir iſte, qui me ſequitur,
In robuſtis humeris mihi fert variam harum rerum materiam.
Nunc vero, quoniam nobis adhuc multum viæ reliquum eſt,
Tuumque cor turbat adhuc ingens ſpecies draconis,
Diſce etiam prolixorum ſerpentum non extimeſcere ſpicula.

ex alia quapiam depravatione mihi occulta, cujus nec proxime ſequens verſus expers eſſe videtur. H. Steph.

Ibid. Pronominis μοι geminatio vitari poteſt mutando prius in τοι. In verſu proxime ſequente recte vidit Geſnerus ſcribendum eſſe φερει pro φεροι. Sed quid eſt ιων; Redditur, *harum rerum*, quâ ratione non video. Reponendum credo—

Ωμοισι κρατεροισι λιθων φερει αιολον ὑλην.

Humeris validis fert lapidum variam farraginem; de quibus ſcilicet experimenta inſtituantur.

Ver. 334. Ingenio Pierſoni, Veriſ. p. 50. et hæc digna conjectura, et eſt δειμα cum hac relatione ver. 387. Sed eam hic tanto minus admiſerim, quod δειμα, notior vox, non ita inter imperitos librarios elidi potuit ab rariore δεργμα, quam converſim. Reſpicit nempe ad ipſam Hypotheſin carminis: Orphea perterritum ab illo dracone, a quo divinitus liberatus eſt, firmare vult adverſus ſimiles eventus et pericula. Gesner.

Ver. 335. Pro δειεμεν, quæ vox nihili eſt, ſcribere velim δειδεμεν.

Jube

Τριψαι γαρ λεπ]ην Οφιητιδα κεκλεο πετρην,
Ην ποτε τις κρα]εροισι πεπαρμενος ελθῃ οδȣσι,
Και μιν εφ᾽ ἑλκει πασσε· και ατρεκες εσσετ᾽ ονειαρ.

ΝΥΝ δε και Οστριτην οινῳ λιθον εντριψαντας
Ακρητῳ κελομαι πινειν, εδυνηφα]ον ειδως.

ΑΥΤΟΚΑΣΙΓΝΗΤΗ πολιης καὶ ὁμωνυμ᾽ εχιδνης,
Ἡ ῥα ποτ᾽ εινα ετη λωϐην αμενηνον εθηκας
Ῥιμφα Φιλοκτη]αο, Μαχαονιης ὑπο τεχνης.
Ου μεν πως κεινην Ποιαντιος ελπετο θυμῳ
Νȣσον ὑπεκφευξεσθαι α]αρτηρην, ποθεων περ·
Αλλ᾽ ὁγ᾽ αλεξικακοιο μαθων παρα πατρος αρωγην
Λααν, ὁτις κε πυθοιτο, βαλων επι φαρμακα μηρῳ

Ver. 339. Vulgo præfigitur titulus, XI. ΟΣΤΡΙΤΗΣ.

Ibid. Lemma Οϛριτης non pertinet niſi ad ver. 339 et 340, in quo ακρητῳ, vino, legendum eſſe, non poteſt dubitari. Poſt ver. 340, interpoſui novum lemma Οφιτις, ipſo totidem pene verbis jubente poeta. Quid enim poteſt aliud velle ſibi illud ὁμωνυμε ad εχιδναι relatum, ſi conferas præſertim ver. 356 et 457, ubi totidem literis οφιτȣ nomen eſt, et obſerves, apud Tzetzem, diligentiſſimum των λιθικων lectorem, ad Lycophr. 911 hæc eſſe; Φιλοκ]ητης κα]α μεν τον Ορφεα ὑπο Μαχαονος ια]αι τῃ Οφιητιδι πετρᾳ. Ceterum ex hoc ipſo carmine diſcimus planiſſime, σιδηριτιν vel σιδηριτην ver. 355. 384. 413: eſſe eundem qui Οφιτης: Nec eundem eſſe Ορειτην dubito ver. 451, licet illud etiam ſuſpicari ſubiret, forte ex ſcribentiserrore demum Ορειτὴν eſſe ortum. Quam facile confundi enim potuere Φ et Ρ. Sed antiquum oporteat eſſe errorem, ſi recte ſe habeat illud Plin. 37, 10 ſ. 65 *Oritis et a quibuſdam ſideritis vocatur*. Equidem jam deprecatus ſum ſubtiliorem talium diſputationem, cum præſertim hic non in ipſa natura rerum, ſed in fabulis magicis verſetur auctor. Nos poetam et naturæ picturam venamur præcipue. Reliquorum ſi quid ultro ſe offerat, non aſpernamur. Gesner.

Σευεν

Jube parvum Ophiten lapidem in pulverem comminui,
Si quando validis ſerpentis veniat aliquis dentibus punctus,
Et illum in vulnus inſperge, et præſens erit remedium.

NUNC vero et Oſtriten lapidem in vino contritum
Puro jubeo bibi, dolores eum lenire ſciens.

GERMANE et cognominis lapis candentis viperæ,
Qui aliquando novenne vulnus innocuum reddidiſti
Facile Philoctetæ, Machaonia arte.
Non enim amplius Pœantius ſperabat
Morbum perniciosum ſe effugere, licet ex animo optaſſet.
Verum hic a medico patre edoctus auxiliatricem [remedio
Gemmam, (quod quis unquam audiat?) applicito femori hoc

Ibid. Pro Νυν omnino reponendum eſt Συν. Recte autem vidit Geſnerus, de *Oſtrite* lapide non agi niſi in verſibus 339 et 340. Recte etiam vulgatum Ακρητον mutavit in Ακρητῳ. Quod novum lemma Οφιτης interpoſuerit poſt ver. 340, non laudo; nam de lapide *Ophite*, vel *Ophietide*, quod idem eſt, coeptum eſt agi a ver. 336. Male etiam colligit *Ophiten* eundem eſſe cum *Siderite*, a quo manifeſte diſtinguitur. Unicus locus, qui huic opinioni patrocinatur, eſt infra ver. 355-6. ubi ſatis conſtat οφειτην mendoſe ſcribi pro ορειτην, quem eundem eſſe cum *Siderite* teſtatur Plinius a Geſnero citatus.

Ver. 341. Αυτοκασιγνητην] Fortaſſe inter hunc verſum et proxime præcedentem aliquid deeſt. nam cum ὁμωνυμ' pro ὁμωνυμε videtur legendum αυτοκασιγνητη. H. Steph.

Ibid. Recte repudiavit H. Stephanus vulgatam lectionem Αυτοκασιγνητην. Nihil autem deeſſe arbitror.

Ver. 342. Ἡ ῥα ποτ'. Malim Ἠ ῥα ποτ'. *Certe quidem aliquando.*

Ver. 347. Λααν] Melius fortaſſe legeretur ὁ τις κε πυθοιτο, includendo etiam parentheſi hæc verba. H. Steph.

Ibid. Malim (ὁ τις κε πιθοιτο;) *quod quis credat?*

D Concitavit

Σευεν επι Τρωεσσιν Αλεξανδροιο φονηα.
Τον ῥα μεθ᾽ ὑσμινην ἡκειν ποσιν ατρεμεεσσιν,
Πριαμιδης παρος αυτος αποθνησκων περ απιστει.
Εκτανε δ᾽ ηπεροπηα Παριν Ποιαντιος ἡρως,
Κεκλομενȣ Δαναοις Ἑλενȣ Τροιηνδε κομισσαι
Λοιγον αδελφειοιο μιαιφονον εκ Λημνοιο.
Τῳ γαρ Απολλων Φοιβος εχειν λιθον αυδηεντα
Δωκε, Σιδηριτιν νημερτεα· τον ῥα βροτοισιν
Ἡνδανεν αλλοισιν καλεειν αψυχον Οφειτην,
Λυγρον, ὑποτρηχυν, στιβαρον, μελανοχροα, πυκνον.
Αμφι δε μιν κυκλῳ περι τ᾽ αμφι τε πανλοθεν ινες
Εικελοι ῥυλιδεσσι επιγραβδην τανυονται.
Ημαλα μεν τρις εφ᾽ ἑπτα βιην Ἑλενοιο πεπυσμαι
Θηλυλερης τε λεχος φευγειν και κοινα λοετρα,
Και σεμνον αδιαντον εδωδης εμψυχοιο·
Αεναῳ δ᾽ επι πετρον εχεφρονα πιδακι λȣων,
Φαρεσιν εν μαλακοισιν, ἁτε βρεφος, αλδησσασκε,

Ver. 348. Philoctetes interfecit Parin, Apollod. 3, 6. p. 212. Parthen. Erot. c. 4. p. 350. Gesner.

Ver. 352. Similia Conon 34 p. 274. Tzetz. ad Lycophr. 911. Ἑλενȣ—αυλομολησαντος τοις Ἑλλησι, καθ᾽ ἁ φησιν Ορφευς τε και Τρυφιοδωρος. Et ad 1048. Ὁ δε παλαιος Ορφευς και μετα θανατον Ευρυπυλȣ ζωντα παρεισαγει τον Μαχαονα, ιωμενον τον Φιλοκτητην. Cf. ad ver. 383. Gesner.

Ver. 350. Πριαμιδης παρος. Si me audias, ſcribes. Πριαμιδης Παρις αυτος, αποθνησκων περ, απιστει. *Priamides Paris ipſe, etiam moriens, vix credidit.*

Ver. 355. Credo utrumque rectum σιδηριτιν genere feminino, et alterum σιδηριτην ver. 384 et 413. ut nempe ὁ λιθος et ἡ λιθος. Nam diſcrimen illud inter την λιθον gemmam, et τον λιθον lapidem vulgarem, certe ex hoc ipſo libello perpetuum non eſſe convincitur, ut ecce in hoc ipſo loco, λιθον αυδηεντα etc. Gesner.

Concitavit in Trojanos Alexandri interfectorem.
Quem quidem in pugnam veniſſe firmis pedibus,
Priamides, prius ipſe ab illo moriturus, credere non potuit.
Occidit vero perfidum Paridem Pœantius heros,
Heleno jubente Danais, ut Trojam adducerent
Funeſtum fratris ſui occiſorem ex Lemno.
Illi enim Phœbus Apollo lapidem vocalem habendum
Sideriten verum dedit, quem hominibus
Aliis placuit vocare anima carentem Ophiten,
Funeſtum, ſubaſperum, durum, nigrum, ſpiſſum.
Circa ipſum vero circulo ab omni parte undique fibræ
Rugis ſimiles, inſculptæ extenduntur.
Tres ſupra ſeptem quidem dies Helenum audivi
Feminæ lectum refugiſſe et communia balnea,
Ac religioſe purum ab eſu animalium.
Perenni vero in fonte lapidem animatum lavans,
Veſtibus in mollibus, tanquam infantem, fovit,

Ver. 356. αψυχον οφειτην. Monui ſupra ad ver. 336. ſcribendum eſſe ορειτην, ut recte legitur in ver. 451. Quinetiam de epitheto αψυχον valde dubito. Quid enim ſingulare, ſi lapis *vitâ careat?* Hujus autem *Oritis*, ſive *Sideritis*, proprietas maxime notabilis erat, quod *vitæ* et vocis *capax eſſet*. Vide infra, ver. 363——381. Malim igitur hic ſcribere εμψυχον ορειτην.

Ver. 359. Εικελοι ρυδιδεσσιν. Edd. A. I. ἰκελοι. quod metro æque incommodum eſt; niſi forte ſcribendum ſit, Παν θ' ἰκελοι.

Ver. 360. Neſcio cur Geſnerus corrigere voluerit τρι' εφ' ἑπτα, et vertere *tres ſupra ſeptem* dies. Numerus, quem tradunt Editt. Vulgg. *ter ſeptem* dierum, nemini, opinor, ad tantum opus nimius videbitur.

Ver. 362. Και σεμνον αδικαντον. Rectius forte αμιαντον. Sed neque σεμνον ſuſpicione caret.

Και, θεον ὡς επ᾽ αρησιν αρεσσαμενος θυεεσσι,
Λααν ὑπερμενεεσσιν αοιδαις εμπνοον ερδεν.
Εν καθαρῳ δε φαος μεγαρῳ λυχνοισιν αναπτων,
Χερσιν ἑαις ατιταλλε θευδεα πετρον αειρας,
Μητερι νηπιον υἱον εοικως δη κατεχουσῃ.
Και συ δ᾽, επην εθελῃς οπα δαιμονιην επακουσαι,
Ὡδ᾽ ερδειν, ἱνα θαυμα μετα φρεσι σῃσι δαειης.
Ὁπποτε γαρ μιν παγχυ καμῃς ενι χειρεσι παλλων,
Εξαπινης ορσει νεογιλου παιδος αϋτην,
Μαιης εν κολπῳ κεκληγοτος αμφι γαλακτι.
Χρη δε σε τετληοτι νοῳ αινεμεν αιει,
Μη πως ηπεδανοιο λυθεις ὑπο δειματος εξω
Εκ χερος ουδασδε βαλων, χολον αινον ορινῃς
Αθανατων. τολμα δε θεοπροπιην ερεεινειν·
Παντα γαρ εξερεῃ νημερτεα. και μιν επειτα
Πλησιον οφθαλμων, ὁτε κεν λουσῃς γε, πελασσας,
Δερκεο· θεσπεσιως γαρ αποψυχοντα νοησεις.
Ὡδε μεν Ατρειδῃσιν ἁλωσιμον εφρασε πατρην

Ver. 365. Και, θεον ὡς επ᾽ αρησιν. Illud επ᾽ tam ſenſui quam metro incommodum eſt, ſi αρησιν pro *precibus* accipiatur. Fortaſſe igitur ſcribendum eſt.

Και, θεον ὡς αρησιν αρεσσαμενος θυεσιν τε.

Ver. 372. Repoſui παγχυ pro vulgato παγχι, et, in verſu proximo, ορσει pro ορσῃ, Geſnero monente.

Ver. 374. Unde ſit in verſione Eſchenbachiana *Nutricis in ſinu*, non habeo dicere. Sed nihil dubitavi pro Φαιης reponere Μαιης. Literæ initiales verſuum præter ceteras corruptioni obnoxiæ. GESNER.

Ibid. Recte ſane. Sed idem etiam vidiſſe, qui verſionem laudatam dedit, nemini dubium eſſe poteſt.

Λαομε-

Et tanquam Deum, votis placatum, et
Lapidem præpotentibus tandem hymnis ſpirantem reddidit.
In caſta vero domo lumen lychnis accendens,
Suis manibus curavit divinum lapidem geſtans,
Matri parvulum filium tenenti ſimilis.
Et tu, quandoquidem vocem Deorum vis audire,
Sic facias, ut miraculum animo tuo intelligas:
Quando enim valde laboraveris illum manibus jactare et commovere,
Subito edet vocem recens nati infantis,
Nutricis in ſinu plorando lac efflagitantis.
Oportet vero te conſtanti animo curare eum ſemper,
Ne forte infirmo timore ſolutus,
E manibus in terram abjiciens, iram difficilem excites
Immortalium. Tum aude de vaticiniis eum interrogare.
Omnia enim exponet tibi vera. Eumque poſtea
Propius ad oculos admovens, quando laveris,
Intuere: divinitus enim exſpirantem intelliges.
Sic etiam Atridis expugnatam fore patriam indicavit

Ver. 375. In τετληοτε penultima licenter producta ob conſonantem aſperiorem: ſic mox ver. 499. prior in οπον producitur. Gesner.

Ibid. Penultimam in τετληοτι produci poſſe ob ſequentem τ non credo. De priore in οπον alius erit dicendi locus. Hic profecto reſcribere malim τετλειωτι,, ſecundum formam Homero uſitatam in vocibus ſimilibus.

Pro αινεμεν, quod aperte mendoſum eſt, conj. κηδαινεμεν Bernard. ad Thomam Mag. p. 177. a. Sed magis placeret μελεδαινεμεν, eodem ſenſu.

Ver. 377. ορινης eſt ex MS. Paris, pro vulgato ορινη. Neque dubium eſt pro χερος ſcribi debere χειρος.

Ver. 382. Ὧδε μεν. Malim Τῳδε, ut conjungatur cum φοιβητορι λαι, *Huic lapidi fatidico*; non *terribili*, ut Geſnerus vertit.

Λαομεδοντιαδης Φοιβητορι λαϊ πιθησας.
Σοι δ' ετι και σθενος αλλο Σιδηριταο πιφαυσκω·
Ἑρπετῳ γαρ δη παμπαν ὑποτρομεοντι εοικε.
Σειο δ' εχεν πολυ μειζον ακοιμητον τε νοσοιο
Δειμα Φιλοκτητης, μεμνημενος αιεν εχιδνης.
Τουνεκα Παλαμηδαο σαοφρονος ουποτε νοσφι
Ηθελεν ευχεσθαι, γουνουμενος, οφρα τιν' ειποι
Θαλπωρην, ειπερ ποτ' επι χθονα μητερα θηρων
Ερχηται, πως κεν πολιον γενος εκπροφυγησι.
Τῳ δ' ὁγε Λητοϊδην επεων επιμαρτυρα Φοιβον
Κικλησκων αγορευε, τα δη νυν σοι καταλεξω.
Ευτε με παιδ' εδιδασκεν Ακερσεκομης αγορευειν
Μαντοσυνας, μεγαν ὁρκον εκεκλετο πρωτον ομοσσαι,
Ψευδεα μηποτε μυθον ενισπειν ανθρωποισι·
Τουνεκεν ατρεκεως μαλα τοι ερεω τα ἑκαστα.
Φραζεο νυν, Ἡρως ἑκατηβολε, μυθον εμειο.

Ver. 383. Laomedontiades Helenus eſt, proditor ille patriæ, de quo modo ad ver. 352. Gesner.

Ver. 384. Semper in hoc carmine ob oculos illud habendum, a Theodamante agi cum Orpheo occaſione terroris a ſerpente incuſſi. Gesner.

Ver. 385. Corripienda inter ſcandendum vox, ἑρπετῳ. Gesner.

Ibid. Violentum ſane remedium præſcribit vir doctiſſimus, quo ſcilicet verſus ſine ſenſu conſervetur. Non dubito ſcribendum eſſe

> Ἑρπετα γαρ δη παμπαν ὑποτρομεοντι εοικας.
> *Serpentes enim admodum reformidanti ſimilis es.*

Neque ſine artificio hæc ingerere fingitur Theodamas, quibus ſcilicet viam ſibi muniat ad alteram argumenti ſui partem, in qua de lapidum viribus *Theriacis* et *Alexipharmacis* dicturus eſt. Hactenus enim de *Theurgicis* præcipue dixit.

Αυτη

Laomedontiades, terribili gemmæ fidem habens.
Tibi vero et alias vires Sideritis recenſebo :
Serpenti ille quidem trepido ſimilis eſt,
Tuo vero habuit animum longe majorem et implacabilem
Timorem Philoctetes, memor ſemper viperæ. [mentis
Quamobrem etiam ſine prudente Palamede nunquam
Voluit preces fundere, ſupplicans, ut aliquod ſibi indicaret
Fomentum, quo, ſi quando terram matrem venans
Peragraret, canum ſerpentum genus fugare poſſet.
Illi vero hic, Latonæ filium Phœbum teſtem ſuorum verborum
Vocans, dixit ea, quæ tibi nunc enarrabo :
Cum puerum me adhuc docuit intonſus Phœbus eloqui
Vaticinia, magnum jusjurandum juſſit primum jurare,
Nunquam me dicturum falſum ſermonem hominibus.
Quamobrem vere tibi dico ſingula.
Nunc referas quæſo, ô Heros longe jaculans, ſermonem meum.

Ver. 387. Hæc infra v. 445. lucem accipient. GESNER.

Ibid. Cave credas. Sed neque lucem ullam deſiderant.

Ver. 388. Mirum profecto unde invectum ſit nomen Παλαμηδαο, reclamante cum maxime metro. Sed cæcum plane oportet eſſe, qui ſemel monitus non videt reſcribi debere Πριαμιδαο, i. e. *Heleni*; de quo modo locutus eſt, & cui omnia quæ ſequuntur unice conveniunt.

Ver. 389. Quid hic velit ευχεσθαι, non video; malim ερχεσθαι, *vadere, verſari.*

Ver. 391. Πολιος etiam ferri color ver. 303. GESNER.

Ver. 394. Hinc Palamedes loquitur, et ver. 398, ut tanto veracior fiat oratio, ipſius Apollinis orationem directe refert a ver. 398 ad ver. 412. GESNER.

Ibid. Immo vero abhinc Helenus loqui fingitur ad Philocteten; et oratio ejus uno tenore procedit uſque ad ver. 764.

Αυτη γαια μελαινα πολυκλαυτοισι βροτοισι
Τικτει και κακοτητα και αλγεος αλκαρ ἑκαστȣ.
Γαια μεν ἑρπετα τικτε, τεκεν δ' επι τοισιν αρωγην.
Εκ γαιης δε λιθων παντων γενος· εν δ' αρα τοισι
Καρτος απειρεσιον και ποικιλον. ὁσσα δυνανται
Ῥιζαι, τοσσα λιθοι. μεγα μεν σθενος επλετο ῥιζης,
Αλλα λιθȣ πολυ μειζον· επει μενος αφθιτον αιει
Γεινομενῳ μητηρ και αγηραον εγγυαλιξεν·
Ἡ δε καταθνησκει τε, μινυνθαδιον θαλεθȣσα,
Και τοσον αυτης καρπος, εφ' ὁπποσον εμπνοος εστιν·
Ην δε κ' αποπνευσῃ, τις ετ' ελπωρη παρα νεκρης;
Εν μεν δη βοτανας ηρι λυγρων τε και εσθλων
Δηεις, εν δε λιθοις ατην ȣ ῥεια κεν εὑροις.
Ητοι ὁσαι βοταναι, τοσσοι λιθοι. Αλλα συ γ', ἡρως,
Λαϊ Σιδηριτῃ πεφυλαγμενος, ἑρπετα παντα
Θαρσαλεως, ει και τοι ὁμιλαδον αντιοωσιν,
Ερχεσθαι δια μεσσα, κελαινης ȣκ αλεγιζων
Λωβης. ȣ γαρ ετι σφι θεμις μεμνησθαι οδοντων,
Ουδ' ει κεν στειχοντος ενιχριμπτοιντο ποδεσσι.
Ουδε γαρ ȣδε μενειν περ ετι προφανεντα δυνανται,
Αλλα μετα σφισι θαμβος, ελαυνομενοισι δ' ἱμοια
Εσσυνται· τα δε, και περ εναντιον αϊξαντα,

Ver. 404. Ῥιζαι, ῥιζοτομειν, ῥιζοτομια a radicibus ad omne genus et partes medicamentoſarum plantarum refertur. Ῥιζοτομικα veterum, ſunt hodierna botanice. Notum eſt, etiam ſeptentrionalium populorum nomina, quibus medicos et medicinam ſignant, Artzt, Artzney, ab iis derivari ſolere, quæ radicem ſignificant. Gesner.

Ver. 412. Hic, abrupta oratione Phœbi et Palamedis adeo, Theiodamas firmare pergit contra ſerpentium metum Orphea. Gesner.

Αψ

" Ipſa terra nigra miſeris hominibus
" Parit et mala, et ſimul uniuſcujuſque mali remedium:
" Terra quidem reptilia peperit, peperit vero etiam adverſus ea [remedia.
" Ex terra vero omne genus lapidum, in quibus
" Immenſum robur et varium inſitum eſt. Quantacunque præſtare poſſunt [dicibus,
" Radices, tanta etiam lapides. Magna quidem vis ineſt ra-
" Sed lapidibus multo major, quando quidem incorruptas vires
" Naſcenti lapidi mater, et nunquam ſeneſcentes præbuit:
" Radix vero moritur, exiguum admodum in tempus virens,
" Et tamdiu fructus ex ea haberi poteſt, quamdiu vitam habet.
" Si vero exſpiraverit, quænam amplius ſpes a mortua?
" Verno quidem herbas alias damnoſas, alias utiles
" Invenies, in lapidibus vero ægre perniciem aliquam reperies.
" Jam vero quot plantæ, tot etiam lapides ſunt." Tu vero
Lapide Siderite armatus, per reptilia omnia [heros,
Audacter, quamvis catervatim tibi occurrant,
Media tranſi, nigram non extimeſcens
Mortem; non enim illis fas amplius erit recordari dentium,
Non, ſi vel maxime incedentis implicentur pedibus.
Sed neque manere amplius poterunt, quando apparuerint:
Verum tremor ea occupabit agitatiſque ſimilia
In curſum incitantur. Quædam licet in te irruere velint,

Ibid. De hoc commento facile judicabit lector, qui notam noſtram legerit ad ver. 394.

Ver. 417. Multo ſane στειχοντα viatorem vel venatorem hic cogitare facilius eſt, quam ſerpentem. Taceo leges Grammaticas, contra quas ſunt in promtu σοφα φαρμακα. GESNER.

Ibid. Repoſui στειχοντος pro στειχοντες, ex conjectura Geſneri et MS. Paris.

Propere

Αψ οπισω ϖαλινορσα μεθερπυζειν μενεαινει·
Και σφισιν εξαπινης ῥοθος ἱσταται, ȣδε τι ϖροσσω
Νηχεται· αλλ᾽ ορεγοντα ϖελας ϖεριμηκεα δειρην
Γλωσσῃσιν μεμαασι ϖερισαινειν, σκυλακες ὡς.
Πολλακι και κατεδαρθε δαφοινων αγχι δρακοντων
Αμφι κυνηγεσιῃσι μενων εν ταρφεσιν Ιδης
Θηρητηρ Ευφορβος, αρωγῃ τῃδε ϖεποιθως·
Δωκα γαρ αυτομενῳ λιθον ἱερον· ȣδε ϖοτ᾽ αυτῳ
Εκ μαλα ϖερ ϖολλων ελθειν κατεναντιον ετλη.
Τερπετο δ᾽ Ευφορβῳ ϖερικαλλεϊ φερτατος ανδρων
Αιχμητῃ Μελανιππος, ανεψιος εσθλος εμειο,
Ειδος αμωμητος, και ειδεϊ καρτος αρειων,
Αιζηȣ ϖοθεων, δȣρικλυτȣ, ευπλοκαμοιο.
Τ᾽ȣνεκα και μετα θηρας αλωμενος, ȣ ϖοτε νοσφι
Εσθενεν Ευφορβοιο φερειν Ικεταονος υἱος·
Αλλ᾽ αιει λασιοισιν εν ȣρεσιν αντιθεοιο
Καγχαλοων κȣροιο μετ᾽ ιχνια συν τε κυνεσσιν
Ἑσπετο συν θ᾽ ἑταροις, εθελεν τε μιν οιος ἑπεσθαι.
Η μεν κεν μιν ϖολλα ϖατηρ μενεαινεν ερυσσειν,
Αχαλοων ἑον υἱα φιλον θηρεσσι μαχεσθαι·
Και Πριαμοιο βιη μιν ερητυεν· ȣδ᾽ ὁγε θυμῳ
Πειθετο· τις κ᾽ εθελεσκε τοτ᾽ Ευφορβοιο λιπεσθαι;
Ῥεια γε μην αεκοντα μελας ηρυκακεν ὑδρος,
Νερθεν ὑπο κνημης ολεσιμβροτον ιον ελασσας.

Ver. 430. Quæ hinc de Euphorbo et Melanippo dicuntur, ea lucem accipiunt ex Tabella genealogica, quam in principio hujus libelli poſuimus. GESNER.

Τον

Propere retro cedere cupient.
Et eorum confeſtim tumultus reprimetur, neque ulterius
Procedet, ſed extendentia appropinquando longam cervicem
Linguis parata erunt adulari, haud ſecus ac catuli.
Sæpe dormivit cædis avidos juxta dracones
In venatione perſiſtens in denſitatibus Idæ
Venator Euphorbus, hoc fretus auxilio.
Dedi vero ei ſupplicanti lapidem ſacrum. Neque unquam ipſi
Ex magno numero vel unus occurrere auſus eſt.
Delectabatur vero Euphorbo formoſo pariter ac bellicoſo opti-
Melanippus, conſobrinus meus bonus, [mus vir
Specie emendatiſſimus, et forma valde excellens,
Juvenem amans, haſta inclutum, et eleganter comatum.
Quamobrem etiam cum in venationem erumperet, nunquam
Euphorbo durare Icetaonis filius: [ſine
Sed ſemper hirſutis in jugis divino
Se oblectans puero, ferarum veſtigia cum canibus
Et ſodalibus ſequebatur, cupivitque ſolus illum ſequi.
Sane quidem illum pater ſæpe ſtuduit retrahere,
Dolens, filium ſuum dilectum cum feris pugnare;
Et Priami potentia eum retinuit. Neque vero hic animo
Perſuaſus eſt. Quis enim tunc Euphorbum relinquere potuiſ-
Facile tamen illum invitum ater retraxit hydrus, [ſet?
Sub tibia letale ſpiculum imprimens.

Ver. 431. Qui aurem poeſi Græcæ aſſuetam habet, ſtatim reſcribet, Αιχμητης M.

Ver. 434. Malim αλωμενε, quod ad Euphorbum referatur. Concurſum talem diphthongorum noſter non reformidat. V. ſupra ver. 38.

Ille

Τον μεν ετ᾽ ω ολοϊστερος ȣ λαθεν, ȣνεκ᾽ ετελλεν
Αυθι λελειψεσθαι. το ῥα μιν και μαλλον ετειρεν.
Οικτειρων δ᾽ ορεγοντα χερας ποτι γȣνατ᾽ εμειο,
Αυτȣ τȣδε λιθοιο διατριψαντα κελευσα
Λεπταλεην αχνην επιπασσεμεν ἑλκεϊ λυγρῳ·
Και ῥα μαλ᾽ αυτικα φωτα κραταιη καλλιπε νȣσος.
Τοιον γαια βροτοισιν αρηγονα τικτεν Ορειτην,
Ὁστε και ȣταμενοις ακος ἡρωεσσι κομιζει,
Και στειρῃσι γυναιξι τεκειν φιλα τεκνα διδωσι.
Ποικιλα γαρ θνητοισι θεȣς ἑρδειν αγορευω.
Ὡς και εμης ποτε μητρος Αβαρβαρεης επακȣσας,
Ανδρων ευ μαλα νȣσον επισταμενης ακεσασθαι,
Βȣκολιδης Ευφορβος αγαυȣ φασκεν Οφιτȣ
Φαρμακα, μη μȣνον οφεων καλενωπα δυνασθαι,
Αλλα και οφθαλμοισι φερειν φαος, ηδε βαρειαν
Εκ κεφαλης ἑλκειν οδυνην. ηδη δε τιν᾽ ανδρων
Ουασι δηθυνοντα καθηρας ωπασεν αιψα
Και δη και λεπτης εριηκοον εμμεν᾽ αοιδης.

Ηδη

Ver. 445. Τον μεν ετ᾽ω ολοϊστερος ȣ λαθεν. Hæc corrupta eſſe nemo dubitet. Pro ω conj. Geſnerus ων, qua mente non video. Tentabam. Τον μεν ετι ζωοντ᾽ ερος ȣ λαθεν. Sed præſtet fortaſſe αδυναμιαν fateri.

Ver. 446. Metuebat, ne poſt novum vulnus immedicabile relinqueretur a ſociis et amicis, ut prius ob vulnus ex ſagitta Herculis deſtitutus fuerat. Gesner.

Ibid. Hæc ſcilicet, quæ de Melanippo apertiſſime dicuntur, de Philoctete, neſcio quomodo, dici voluit Vir Cl.

Ver. 451. Ορειτην hunc eſſe σιδηριτην, manifeſte patet ex ver. 413. Vid. No. ad lemma hujus capitis, ver. 339. Gesner.

Ver. 455. Ὡς και εμης ποτε μητροι A. Hic locus hypotheſi noſtræ adverſari videatur. Quomodo enim *Helenus* de *Abarbareâ*, quaſi *matre*

ſuâ,

Ille vero eo eſſe perniocioſius non ignoravit, quod hanc ob cauſſam
Rurſus ab Euphorbo eſſet relinquendus, id quod adhuc magis
eum afflixit.
Ego vero miſertus ejus, extendentis manus ad genua mea,
Juſſi lapidis hujus ipſius contriti
Exiguam lanuginem inſpergere vulneri gravi.
Et ſtatim reliquit virum vehemens morbus.
Talem terra peperit hominibus auxiliatorem montanum,
Qui et vulneratis heroibus remedium affert,
Et ſteriles mulieres parere caros liberos facit.
Varia enim mortalibus Deos præſtare dico.
Quemadmodum etiam aliquando a matre mea Abarbarea edoc- [tus,
(Quæ in depellendis morbis hominum valde erat perita)
Bucolides Euphorbus, admirabilis dixit Ophitæ
Pharmaca non ſolum adverſus ſerpentes valere,
Sed et oculis lumen afferre, gravemque
Capiti dolorem detrahere. Et certe virum quendam
Auribus tardum ſanans, reddidit ſtatim
Etiam exilis vocis acute audientem.

ſuâ, loqui poſſit? Sed pro εμης omnino reponendum eſt ἑης: ut Helenus jam referre intelligatur, *quæ Euphorbus, Bucolionis filius, ex matre ſuâ Abarbareâ audita, memorare ſolebat, de lapide* Ophite. Abarbarea autem, ſecundum Homerum Il. Z. 21. Bucolionis conjux; Euphorbus, ſecundum noſtrum in hoc loco, Abarbareæ et Bucolionis filius. Cur autem noſter in hoc loco, ſpretâ Homeri auctoritate, vel notum illum Euphorbum, Panthoi & Phrontidis filium, Abarbareæ et Bucolioni attribuerit, vel novum quendam Euphorbum induxerit, mihi non liquet. Nihil eſt in ſuperioribus quod non Homerico Euphorbo optime convenit; nihil hic, quod non a vero, ut ita loquar, Bucolionis et Abarbareæ filio dici poterat. Metrum autem Βυκολιδης Αισηπος impleret non pejus quam Βυκολιδης Ευφορβος.

Tum

Ηδη και τινα φωτα, χολῳ χρυσης Αφροδιτης
Εργα ϖρος ἱμεροεντα γαμων αμενηνον εοντα,
Μεμνησθαι φιλοτητος ακεσσαμενος ϖροϊαλλεν.
Εν ϖυρι δ᾽ ει κε βαλοις μιν, οδωδην ἑρπετα τοιο
Φευξεται, ȣδ᾽ ετι ϖω μενεει σχεδον, ȣδ᾽ ενι χειῃ.

ΦΕΥΓΕΙ και κνισσησι Γαγατην ορνυμενῃσι
Τειροντα θνητȣς εχεπευκει ϖαντας αυτμῃ.
Χροιῃ δ᾽ αιθαλοεις, ϖλατυς, ȣ μεγας επλετ᾽ ιδεσθαι·
Καρφαλεῃ δ᾽ ικελον ϖευκῃ φλογα διαν ορινει.
Αλλ ολοον ϖοτι ῥινας αγει μενος. ȣδ᾽ ὁγε φωτας
Ληϑεται, ὡν κ᾽ εθελοις ἱερην απο νȣσον ερυξαι·
Γναμψει γαρ σφεας αιψα χαμαι ϖροπρηνεας ἑλκων·
Οἱ δ᾽ αρ᾽ απο σφετερȣ ϖεπαλαγμενοι αφρισμοιο
Στρωφωντ᾽ ενθα και ενθα κυλινδομενοι κατα γαιαν.
Τοισι δε χωομενη φρενα τερπεται, ὁπποτ᾽ ιδῃσι
Πηματα ϖασχοντας κεραη ϖοδας ωκεα Μηνη.
Θηλυτερη δ᾽ ει κεν ϖολυφαρμακον αμφιβεβωσα

Καπνον,

Ver. 468. Φευγει κνισσησι, ut verſu 487, ελαυνων κνισσησιν. GESNER.
Ibid. Vulgo præfigitur titulus, XII. ΓΑΓΑΤΗΣ.

Ver. 470. Pro ελπετ᾽ repoſui επλετ᾽ ex conjectura H Stephani.

Ver. 471. De hoc verſu vid. Salmaſ. ad Soli. p. 178, b E. GESNER.
Ibid. Hunc verſum, uti editur, repræſentat Salmaſius. Ipſe malim ſcribere, Καρφαλεῃ δ᾽ ικελος ϖευκῃ.

Ver. 473. Pro ερυξαι conj. ελεγξαι Salmaſius ad Solin. l. c. Ingenioſe, ſi non vere. Ipſum vide.

Ver. 475. Αφαρ οιμοιο hexametrum finire nullo modo poteſt: nec; puto, ſententiam quiſquam tolerabilem exſculpſerit. Αφρος, ſpuma, proprium Epilepticorum ſymptoma et ſignum etc. Verbo venia dignus

Tum etiam virum quendam, ira aureæ Veneris
Ad opera deſiderabilia nuptiarum imbecillum,
Recordari amoris fecit, ſanumque a ſe dimiſit.
In ignem ſi conjeceris eum, odorem ejus reptilia [latibulis.
Fugient, et nuſquam fere perſiſtere poterunt, nec in ipſis ſuis

FUGIUNT etiam (reptilia) Gagatem propter nidorem illius
Vexantia mortales omnes peſtilenti afflatu. [ſurgentem
Colore igneo, planus, non magnus apparet.
Tædæ aridæ inſtar flammam divinam excitat:
Sed ad nares exitioſum virus agit; neque hic viros
Ignorabit, quibus ſacrum morbum depellere volueris.
Confeſtim enim eos incurvabit, præcipites humi trahens.
Hi vero ſua ſpuma inquinati
Verſant ſe hinc et inde volutantes in terra.
His vero, irata, animo delectatur, quando videt
Damna patientes, cornuta, pedibus celeris luna.
Femina vero, ſi quando medicum ejus excipiens

nus eſſe mihi videor, cum lectionem librorum omnium h. e. paucorum immutavi. Gesner.

Ibid. Recte quidem; ſed non debuit tacere, Salmaſium eandem emendationem dudum propoſuiſſe, l. c. Nam αφρασμοιο, quod ibi legitur, eſt per errorem typographi, opinor, pro αφρισμοιο.

Ver. 477. Malefica hic Diana, venatrix, ſagittatrix, gaudet ſuppliciis a ſe immiſſis. Epilepticorum paroxyſmi a Luna h. e. Diana pendere, olim exiſtimati. Gesner.

Ver. 479. Illud αμφιβεβωσα pulchre declaratur ex Ιλ. Α, 37 ubi αμφιβεβηκας eſt ex geſtu v. g. patris ſumtum, qui puerum uti tutum præſtet, inter divaricata genua recipit. Gesner.

Fumum,

Καπνον, ὑπο σπλαγχνοισιν αϊσσοντα δεχηται,
Αθροος ενδοθεν ωκα μελας καταλειβεται ιχωρ,
Ὁστε γυναικειη νεατη μιμνων ενι γαστρι
Κεκλεισται. τοτε δ᾽ αυτον ὑπο πνοιησι λιθοιο
Δερκομενοι γαννυνται, αφαρ θολον εκβλυζοντα
Νηδυος. εκ γαρ νουσον απειρεσιην αλεεινει.
Αλλα τε πολλ᾽ επι τοισι Γαγατην θεσκελα ῥεζειν
Οιδα· σε δε κνισσησιν ελαυνων ἑρπετα τερψει.

ΣΚΟΡΠΙΕ, σειο δε λααν ὁμωνυμον εμμεναι ἡρως
Αγλαος Ωριων ουκ εκλυεν· η γαρ οϊω
Πικρησιν τοτε γυια πεπαρμενος αμφ᾽ οδυνησι,
Μαλλον σφωϊτερων κεν εκεινα θελεσκεμεν αστρων.

ΟΥΔ᾽ ὁγε Κορσιοεντα λιθον κλυεν, ουνεκα μιχθεις
Δριμεος εν σκοροδοιο καρηατι, τοξευτηρα
Ηπεδανων ωκιστα βελεμνων σκορπιον ειργει.
Τον μεν εγω κορσῃ μαλ᾽ εοικοτα φημι βροτειῃ
Παυειν, οξυβαφῳ τετριμμενον αμμιγα βακχῳ,

Ver. 480. Ut metrum impleatur ſcribendum eſt απαϊσσοντα.

Ver. 484. Emendatio pulchra et vera propoſita a Bernardo V. C. ad Syneſ. de Febrib. p. 127. Docere poteſt Foeſiana Hippocratis Oeconomia την θολον eſſe proprie atramentum ſepiæ, θολερα autem dici inprimis de imi ventris humoribus et fecibus turbidis, nigricantibus. Ipſa adeo θολερα επιμηνια ſunt apud Hippocratem. Res mihi videbatur manifeſta adeo, ut recipere in contextum Orphei eam, ſive conjectura eſt, ſive e MS. emendatio, non dubitarim. Gesner.

Ibid. Editt. priores habent δολον.

Ver. 488. Vulgo præfigitur titulus, XIII. ΣΚΟΡΠΙΟΣ.

Αμφι-

Fumum, ſub viſceribus exſurgentem receperit,
Confeſtim ex internis partibus nigra ſanies deſtillabit,
Quæ in infimo ventre mulierum reſtans
Includitur. Tunc vero illam ab afflatu lapidis
Tam facile impuri feces ventris ebullire adſpicientes,
Gaudent, infinitum enim ſimul morbum effugit mulier.
Præter hæc alia multa gagatem miracula efficere
Novi, te vero fumo reptilia fugans, delectabit.

SCORPIE, cognominem tibi lapidem eſſe, heros
Celebris Orion non audiverat. Certe enim arbitror fuiſſe.
Tum cum amaris membra doloribus correptus eſſet,
Illum potius, quam ſua aſtra, appetiturum illa *(munera tua)*

NEQUE hic de crinito lapide quidquam audivit, mixtum
Acris allii capite jaculatorem
Amarorum telorum ſcorpium celerrime arcere.
Hunc quidem ego capiti humano admodum ſimilem dico.
Sedareque, acerrimo tritum cum vino,

Ver. 490. Repoſui πεπαρμενον, ex conjecturâ Geſneri, pro vulgato πεπαρμενος.

Ver. 491. Non video ad quæ εκεινα referri poteſt. Scribendum ſuſpicor,

Μαλλον σφωϊτερων κεν εχειν εθελεσκε μιν αστρων.

Magis quam ſua aſtra habere illum (lapidem ſcil. Scorpium) *voluiſſet.*

Ver. 492. Vulgo præfigitur titulus, XIV. ΚΟΡΥΦΩΔΗΣ.

Ουδ' όγε] Ουδε ὁ αυτος Ωριων περι τȣ λιθȣ ηκȣσεν, ὡς ωφελει τȣς σκορπιοδηκτȣς. Schol. MS. Paris.

Ver. 494. Certa emendatio Cl. Bernardi, pro Ηπεδανων reponentis Πευκεδανων, ad Pallad. de Febrib. p. 70. Verbum utrumque Homericum. Sed ηπεδανος imbecillis, quod hic plane contrarium, πευκεδανος mortifer. GESNER.

Αμφιπολον θανατοιο κελαινης ασπιδος ιον.
Μετρῳ δ' ὁς κεν μιξειεν ῥοδοεντι ελαιῳ,
Βαψας εκ πυρος οπον, εναυχενιαις οδυναισι
Αλκαρ αγει· μελιτος δε μετα γλυκεροιο κερασθεις,
Ὑδατος ατηρην ολεκει κατα γαστερος ὑλην,
Ἡ τε καταΐγδην ὑπο νερτερα νηδυος ανδρων
Δευομενη, φερει ογκον αεικεα βυβωνεσσι.

ΙΣΘΙ δ' αμαλδυνειν σκορπηϊα κεντρα δυνασθαι
Και Περσηϊδαο μενος μεγα Κυραλιοιο,
Ηδε παλαμναιην ανεμωλιον ασπιδα θειναι.
Τυδε δε μοι παντων περιωσιον, ὁσσα φυονται,
Φοιβος ακειρεκομης φυσιν εμμεναι, εξ ἑτεροιο
Μυθειτ' εις ἑτερον στρωφωμενος ειδος· ὁ τις τοι

Ψευδος

Ver. 498. In οπον primam produci propter aſperitatem conſonantis, jam dictum ad ver. 375. Sed quid ſibi vult Βαψας εκ, vel εκβαπτω; An οπος εκ πυρος eſt ſuccus fervens, ut eſt de igne vel ex igni ablatus? Sed forte melior eſt altera lectio χαψας, ſumens, glutiens. Mihi N. L. cum nec quis οπος hic ex lapide paretur, videam. GESNER.

Ibid. In his miſere corruptis non mirum eſt hæſiſſe Geſnerum. Totum locum ſic fere conſtituendum ſuſpicor.

Πετρῳ δ' ὁς κεν μιξειεν ῥοδοεντι ελαιῳ
Βαψας εκ πυος οπον, αυχενιαις οδυναισι
Αλκαρ αγει.

Lapidi autem huic *ſi quis immiſcuerit roſaceo oleo Tinctum ex coloſtro coagulum, colli doloribus Remedium affert.*

Πετρῳ, opinor, neceſſario repoſui pro Μετρῳ. Πυος, Latinis *coloſtrum*, eſt πρωτον γαλα, *primum lac poſt partum cujuſcunque animalis.* Apud Ariſtoph. Σφ. 708, eſt nomen maſculinum, prima ſyllaba producta, ad quam normam hic ſcribendum eſſet πυυ, ſed recentiores grammatici

Miniſtrum nigræ mortis aſpidis ſpiculum.
Modice vero ſi quis miſcuerit roſaceo oleo,
Inungens ſe feruente hoc ſucco, colli doloribus
Remedium affert. Et immixtus dulci melli,
Aquæ nocivam materiam per ventrem diſſipat,
Quæ cum impetu ad inferiora ventris virûm
Delata, tumorem affert indecentem inguinibus.

SCIAS vero aculeos ſcorpiorum obtundere poſſe
Etiam Perſeidis magnam vim Coralii,
Atque mortiferam aſpidem vanam reddere.
Hujus enim, ex omnibus quæ naſcuntur, nobiliſſimam
Naturam eſſe, Phœbus intonſus, dum ex alia
In aliam commutetur ſpeciem, mihi dixit, quod quidem quis

tici neutrum vocant. V. Etymol. M. in V. Profecto, ſi prima ſyllaba corripi poſſet, ad vulgatam ſcripturam quam proxime accederet πυεος. Εναυχενιαις mutavi in αυχενιαις, ut verſus ſtaret.

Ibid. Ὁ αὐλος τας εν αυχενι οδυνας παυει μιχθεις ροδελαιῳ και οπῳ.— Schol. MS. Paris.

Ver. 504. Vulgo præfigitur titulus, XV. ΚΟΥΡΑΛΙΟΝ.

Ver. 505. Cur Περσηϊδαο nomen habeat, facile ex fabula intelligitur, quam graphice noſter narrat, ver. 536. ſq. GESNER.

Ibid. Lector etiam non monitus reponat Περσηϊαδαο, ne verſus corruat.

Ver. 509. Neceſſarium videtur legere στρωφωμενυ, ſi qua eſt poetæ etiam Grammatica neceſſitas. GESNER.

